

quiesquam, §. fin. ff. de offi. Procons. gloss. hic in verb.
 24 **E**lasam. Hollicen. numer. 2. in eod. per. Subripiens autem instrumenta, seu scripturas publicas tenetur crimine falsi, ut l. *Eum, C. ad leg. Cornel. de falsi*. & l. *Paulus, ff. eod.* Bald. hic numer. 1. & poena falsi est deportatio cum publicatione bonorum, l. 1. §. fin. ff. eod. tit. hęc tamen poenahodie non est in usu, ut attestatur Clar. in *pract. crimin.* §. *f. al. fin. vers. Sed quare*. Ideoque reus pro suberactione iniquitatis extra ordinem pro motu iudicis puniri debet, ut hic dicunt Henr. Boich. numer. 3. & Felin. eod. numer. circa fin. vers. Et adde Baldum.

25 Non obstat quod subripiens scripturas nullas, & informes nullatenus sit puniendus, ut l. *Si quis aliquid, la. secunda*, §. *Testamentum, ff. de part. ubi dicitur, Testamentum, quod nullo modo valet, impunē supprimitur, & per illum text. noc. Bart. in l. Qui testamentum, numer. 1. ff. ad leg. Cornel. de falsi. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cas. 306. numer. 1. §. *casu* 311. numer. 9. Hoc autem casu processus fabricatus à Commissario sit nullus ex defectu jurisdictionis, quia illius commissio non fuit signata manu Sanctissimi, prout requiritur ex decreto Concilii Tridentini, cap. 5. §. 24. quoniam responsum est Auditorem Camere esse iudicem Ordinarium quorumcumque Prælatorum, & habere facultatem procedendi contra Episcopos ad comparandum manu Papæ signata decretat, ut expressè cavetur in Bulla Gregorii XIV. impresse, post practicam Salutii Tiberii §. 12. & in alia, Pauli V. incipien. *Eximia*, §. 12. & 13. in Bullar. tom. 3. pag. 214. Atque ita Signatura Papæ non requiritur nisi in casu illo speciali, cum monitoria decernuntur ad personaliter comparandum. Quod etiam statuit Pius IV. in Constitutione 10. De salute Gregu. §. 3. tom. 2. pag. 20. nam illa exceptio firmat regulam in contrarium in aliis casibus non exceptis, l. *Nam quod liquide*, §. *fin. ff. de pen. legat.**

26 **R**ursus cum Episcopus nisi ex causa, ex qua deponendus venisset, nequaquam citari possit ad personaliter comparandum, ut statuitur ejusdem Concilii decreto sess. 13. cap. 6. exceptio illa dummodo, &c. declarat regulam de materia exceptionis; & sic etiam de gravioribus delictis esse intelligendam juxta theoreticam Bald. consil. 401. super fado numer. 2. vers. *Secundo* quaritur, libro 5. quod etiam innuunt illa verba Constitutionum dict. §. 12. pro quibuscumque criminibus, cum dictio *quibuscumque*, sit effectivata, & universaliter omnia includat, cap. *Solus*, supra de major. & obed. unde sensus Constitutionum est; Auditor Camere ex generali commissione procedere possit contra Episcopos pro quibusvis criminibus etiam copositione dignis absque signatura Sanctissimi, dummodo tamen pro iisdem criminibus eos non citet ut personaliter compareant sine Communionis manu Sanctissimi signata; & consequenter iubata est Concilii depositio dict. cap. 5. §. 24. quatenus requirit Commissionem specialem, & manu Sanctissimi signatam in processu per A. C. pro gravioribus delictis contra

Episcopos conficiendo. Nec refert quod Concilio Tridentino non fuerit expresse derogatum, quia hujusmodi derogatio non requiritur, sed satis est, ut Pontifex ita utat, prout statuit hoc casu, contrarium ejus, quod Concilium disponit, ut declaravit Pius V. & sapius censuit S. Congregatio ejusdem Concilii Interpres, ut scripti plene in cap. *Nulla*, numer. 86. infra de concess. præben. Quemadmodum nec refert, quod in præcitatæ Bullæ Gregorii XIV. §. 36. & Pauli V. §. 38. adjecta sit clausula (Per præsentem tamen non intendimus Concilii Tridentini decretis in aliquo derogare, vel alias præjudicare, ad illa salva esse, & in suo robore permanere. eaque omnia omnino, & inviolabiliter servari mandamus) Quoniam cum facultas procedendi contra Episcopos ex generali Commissione absque signatura Sanctissimi obvies expresse Concilio Tridentino, ut offensum est supra, hujusmodi clausula præservativa decretorum Concilii, ut evitetur contraditio, interelligi debet, præterquam in expressis, prout de clausula, sine aliquid præjudicio, tradit Oldrad. cons. 330. Ad idem videtur in fin. Card. Seraphin. decis. 144 §. numer. 4. Rota decis. 155. numer. 2. part. 7. recent. Et de clausula, dummodo non sit aliter in questum, Creten. decis. 7. in fin. de jur. part.

Ex his cum Archiepiscopus memoratus per sententiam diffinitivam Auditoris Camere condemnatus fuerit in poenam extraordinariam relegationis in monasterium Nurtia, suspensionisque à Divinis, & ab exercitio jurisdictionis per triennium, ac deinde ad beneplacitum Sanctissimi; In Congregatione super revisione prædictæ sententiæ de mandato Sanctissimi D. N. PP. Innocentii X. habita in ædibus meis die 10. Julii 1647. cui interfuerunt DD. Auditor Cameræ, Famulus Episcopus Patracen. Vitricius Episcopus Alatinus, Procurator Fiscalis, & Locum tenens criminalis A. C. re accurate discussa, & Archiepiscopo, ejusque Procuratoribus, & Advocatis sæpius auditis, unanimiter consensus bene fuisse per A. C. judicatum; & ita referendum Sanctitati Sux.

DE FIDE INSTRUMENTORVM.

Cap. G. Perpetuus.

S V M M A R I V M.

- 1 **A**ppellari potest à iudice, qui parti hoc petenti non facit edis communia instrumenta.
- 2 Vicarij alij perpetui, alij temporales.
- 3 Vicarij perpetui qui sint.
- 4 Et an habeant Ecclesiam in titulum.
- 5 Vicarius temporali non est censendus Vicarius, nec comprehenditur Vicarij appellatione.
- 6 Vicarius perpetuus pro spectantibus ad Vicariam suam potest agere, & conveniri.
- 7 Reconvictio coram iudice delegato fieri potest etiam in causa spirituali.
- 8 Instrumenta communia debent edis postulantibus ad fundan-

dandam intentionem etiam in causa reconventionis.
 9 Appellans si culpa iudicis, vel partis acta prima instantie ad iudicem appellationis transferre nequit, quo remedio sit ei succurrendum. & n. 20. & seq. usque ad num. 31.

- 10 Acta omnia prima instantia tenetur appellans expensis suis producere coram iudice appellationis tam de iure communi, quam ex Concilio Tridentino.
- 11 Sive procedatur ex officio, sive ad querelam partis & tenetur transferre etiam acta, qua occasione eiusdem causa coram alio iudice gesta fuerint.
- 12 Etiam si acta ad iustitiam causa non faciant.
- 13 Quod ex Concilio habet locum etiam in prophanis spectantibus ad forum Ecclesiasticum.
- 14 Non autem in prophanis per appellationem ad iudicem Ecclesiasticum devolutis, num. 17.
- 15 Item locum habet etiam in actis factis coram Delegato Apostolico.
- 16 Et iudex, & notarius cogi possunt exhibere acta originalia si de fide exempli sit dubium.
- 17 Item debet locum etiam si causa fuerit evocata ad Curiam.
- 18 Sententia non visis actis etiam probatoris est nulla.
- 19 Acta tradenda sunt appellanti per iudicem à quo intra triginta dies, alioquin sine illis causa prout iustitia sua fuerit terminanda est.
- 20 Et iudex, vel notarius in hoc culpabiles puniuntur ut hic.
- 21 Acta si iudex à quo, vel appellatus negaverit se habere, vel noluerit exhibere, iudex ad quem absolvit appellatorem, & pronuntiabit acta si inquam reperiantur fore casta, & vera, & num. 29. Dummodo appellans velit expensas subministrare, num. 30.
- 22 Sententia lata sub conditione extrinseca non valet secus si conditio dependeat à natura negotij in iudicium deducti.
- 23 Contumacia non est iusta causa, ut quis iure suo privari debeat.
- 24 Nec audientia propter contumaciam denegatur in perpetuum, sed ad tempus.
- 25 Nisi interveniat etiam contemptus.
- 26 Vel in præcepto fuerit comminata pena.
- 27 Acta prima instantia iudex à quo quantum in se est tenetur appellanti gratis exhibere; notarius vero congrua mercede accepta.
- 28 Nisi sit Cancellarius Episcopi, & non notarius.
- 29 Appellatus tenetur ad expensas translationis actorum si ipse, non autem appellans, prosequi causam voluerit.

portione ut hic, in cap. *Ad hæc*, & in cap. *Ex parte*, de officio Vicar. & in cap. *Postulasti*, de rescript. & notat gloss. 1. in cap. *final. eodem tit.* & Host. hic num. 1. Est illi habent jus in re, id est in jus Vicariæ sed non dicuntur habere Ecclesiam quoad titulum: nam solus Prælati eam habet intitulum, ut ait gloss. in d. cap. *Ad hæc*, in verb. *Renovare*. Nisi tamen tota Cura esset in Vicarium perpetuum translata, quia tunc esset curatus actu, & habitum verum habens titulum, & veniet Parochi appellatione ut dixi in cap. *Ex parte* num. 19. & seq. supra de officio Ordinarj.

5 Vicarij temporales sunt qui constituuntur ad tempus, ut habetur in cap. *Pervenit*, de Appellatione. & in cap. *Cum ex eo*, de elect. lib. 6. & talis Vicarius ad tempus non est censendus Vicarius, ut hic dicit Vincentius, & post eum Butr. num. 4. Anchar. in 1. notab. & Abb. num. 1. qui ex hoc infert, ut Vicarij appellatione non comprehendatur Vicarius temporalis qui pro tempore necessitatis constituitur ad servitium Ecclesiæ. De differencijs autem inter Vicarios perpetuos, & temporales eglatissimè in prædicta Decretali, *Ex parte*, de officio Vicar. ubi plene videas.

6 Secundo nota ibi, *Eum super Decimis coram iudicibus auctoritate Apostolica convenissent*, Vicarium Ecclesiæ perpetuum pro spectantibus ad Vicariam suam posse agere, & conveniri. Anchar. hic num. 2. & Abb. in 2. notab. facit text. in l. *Officium*, vers. *Denique ait*, si de rei vendicat. Generaliter autem an, & quando Vicarius perpetuus, vel temporalis possit esse in iudicio, & an præjudicet Domino, distinguit ut hic per Cardin. num. 1. & Abb. num. 2. circa med. vers. *Ego distinguem latius*.

7 Tertio nota ibi, *coram ipsis reconvenisset, & eisdem coram iudice delegato posse heri reconventionem etiam in causa principalis*, Butr. hic in 3. notab. Imol. num. 1. Ad hoc cap. *Dispendia*, §. *Rem quoque*, de rescript. lib. 6. & est simile in iudice laico, quin causa civili reconventionis est iudex competens, etiam contra clericum, ut cap. *primo de mutis petition.* & scripti in capitulo. num. 57. supra de obligat. ad ratiocin.

8 Ultimo nota ibi, *copiam quarundam instrumentorum communium*, Instrumenta communia esse edenda postulantibus ad fundandam intentionem, non solum in causa principali, sed etiam in causa reconventionis, ut hic per Butr. & Abb. in 3. notab. & Imol. num. 2. Generaliter autem circa editionem instrumentorum, vide gloss. hic in verb. *Communium*, & magistraliter distinguentem, & Abb. Antiqui, num. 1. & Hostens. in *summa de fide instrument.* & Legistas in l. 1. §. *Ediciones*, ff. de edendo.

9 **Q**UÆRO quid sit agendum si sit appellans, vel dicens de nullitate sententiæ culpa iudicis, vel partis acta primæ instantiæ ad iudicem appellationis transferre nequit.

10 Ad evidentiam præmitte appellatorem teneri acta omnia primæ instantiæ producere coram iudice appellationis, ut l. *Ne casus*, l. 1. A Proconsulibus, & l. *Præcipimus*, C. de appellat. l. 2. & ibi gloss. Bart. & alii scribentes. C. de edendo, cap. *Cipientes*, vers. *Cum omnibus aliebus, iuribus, & monumentis suis*, & vers. *Electis*, & vers. *Si vero in discordia*, de elect. lib. 6. & pluribus confirmat Vantius de nullit. in tit. A quo, &

quibus motis. Et. num. 21. pag. 56. & censuit Rota coram Cardinali Cavalerio decis. 43. n. 1. & sequenti, & hodie sancitum est a Concilio Tridentino, sess. 13. cap. 3. ubi dicitur verbis statutum, ut reus in causa criminali appellans a sententia Episcopi, vel eius Vicarii coram iudice ad quem acta primae instantie omnino producat, & iudex nisi illis visis ad eius absolutionem non procedat: & S. Congregatio eiusdem Concilii Interpres censuit nihil hic esse distinguendum an ex officio iudicis, an ad querelam partis procedatur in causa criminali: sed quia decretum illud loquitur de reo appellante in causis criminalibus: Ideo pro causis civilibus fuit editum aliud decretum sess. 24. c. 20. §. Præterea, quo cautum est, ut si quis in casibus à iure præmissis appellaverit, aut de aliquo gravamine conquestus fuerit, seu alias ad lapsum biennii ad alium iudicem recurrerit, teneatur acta omnia coram Episcopo gesta ad iudicem appellationis expensis suis transferre: & S. Congregatio censuit teneri: tum quia appellavit, vel ob lapsum biennii causam ab Ordinario avocavit, ex Concilio, sess. 24. cap. 20. §. Præterea, transferre non solum acta gesta coram Ordinario, à quo appellavit, vel causam avocavit, sed & alia omnia si quæ occasione eiusdem causæ coram alio iudice gesta fuerint. Item censuit appellante teneri transferre propriis expensis omnia acta ad iudicem appellationis, etiam ad iustitiam causæ non facientia: idque habere locum etiam in causis prophanis spectantibus ad forum Ecclésiasticum.

15. Item proposito dubio, an Concilium cap. 20. sess. 24. in verbis Præterea, habeat locum etiam in actis factis in partibus coram iudice delegato Apostolico, ut appellans non possit audiri in Curia, nisi dicta acta producantur S. Congregatio censuit habere locum.

16. Imò cum fuerit quæsitum an Episcopus, & eius Notarius cogi possint per delegatum Sanctissimi iudicem appellationis, ut retenta copia exhibeant appellanti acta omnia originalia coram eodem Episcopo gesta; an verò integram actorum copiam tantum tradere teneantur, ex cap. 20. sess. 24. S. Congregatio censuit posse iudicem appellationis iubere sibi originalia exhibentis de fide exempli sit dubius.

17. Non me lateat decreta illa non comprehendere causas prophanas per appellationem devolutas ad iudicem Ecclésiasticum, ut in subiecta declaratione. Cum in cap. 20. sess. 24. decernatur, ut in causis appellationum debeat appellans acta omnia coram iudice ad quem exhibere, quæsitum fuit an comprehendantur causæ ad forum Ecclésiasticum quomodo dicitur pertinentes, de quibus in principio eiusdem Decreti an verò etiam de causis prophanis per appellationem ad iudicem Ecclésiasticum devolutæ: S. Congregatio censuit non comprehendendi dicto §. Præterea cap. 20. etsi iudici Ecclésiastico commissæ fuissent live in prima live in secunda Instantia.

18. Verum etsi de omnibus causis id cautum non sit decretis Concilii, tamen satis est cautum esse iure communi, quinimò id locum habet etiam si causa fuerit avocata ad Curiam: Nam ille, qui vult ut in causa procedatur, teneatur acta transportare, ut resolvit Rota coram Coccino de-

19. 42. n. 1. & in recent. decis. 184. n. 2. part. 7. ubi allegantur alie decisiones concordantes; & extratio, que secundum iuris dispositionem sententia non visis actis etiam probatoris est nulla, ut notat Bartolin. 2. n. 5. C. de eodem. Remin. sen. ibidem num. 12. circa med. vers. Tamen contraria opinio. Felin in cap. Ecclesia Sancte Marie, n. 17. de Constit.

20. Quibus præmissis si iudex à quo, vel appellatus fuerit in causa quominus acta tradantur appellanti, seu de nullitate dicenti, quæstionis est quo remedio huius succurrendum.

21. Concilio Tridentino in d. c. 3. sess. 17. decernit simpliciter ut iudex à quo intra triginta dies acta ipsa postulanti gratis exhibeat; alioquin absque illis causa appellationis huiusmodi, prout iustitia fuerit, remaneat: sed non aperit Concilium quo pacto causa sine actis terminari possit, aut debet: similiter in d. cap. 20. sess. 24. Statuit, ut si notarius in differentia exhibitione actorum fraudem fecerit officij administratione arbitrio Ordinarii suspendatur, & ad dupli penam quanta ealis fuerit inter appellantem, & pauperes loci distribuendam compellatur, & iudex in hoc culpabilis ad eandem dupli penam teneatur, sed nec exprimit sancta Synodus quo remedio succurrendum sit appellanti in diffinitione causæ.

23. Innocentius hic num. 1. format hanc quæstionem Gulielmus petit sententiam latam contra se pro Petro super fundo semproniano cassari, vel quia nulla est, vel quia iniusta, & ab ea est appellatum. Petrus respondet, exhibe sententiam, G. actor respondet: ego non habeo eam scriptam, qui iudex noluit de ipsa mihi copiam facere, vel quia amisit eam, sed tu exhibe, quia ipsam habes: an reus, scilicet Petrus, cogendus sit eam exhibere: & respondet Innocentius esse cogendum, ubi. & in l. Is apud quem, C. de edenda. Imò si reus non dicat sententiam latam, interrogabitur an talis sententia pro eo lata sit, l. penult. ff. de interrogat. actio. & si negaverit, cogetur edere, live renunciare sententia: vel iudex pronunciet si qua sententia apparuerit pro Petro lata, nullas vires habeat, arg. l. Non alienum est, ff. de interrogat. actio. Ita Innocentius, quem totidem fere verbis referunt, & sequuntur hic Host. num. 3. in verb. Communiam, Joan. Andr. num. 5. Bald. n. 3. & communiter Canonistæ. Et ex Legistis Bartol. in d. l. 2. num. 2. vers. Sed circa hoc, C. de edenda, ubi primo notat ex lectura ibi posita iudicem appellationis iubere primo iudici, vel etiam parti, contra quem appellatur, ut faciat sibi copiam actorum primæ causæ: & mox subdit (Sed circa hoc quæro quid sit iudex, vel ille contra quem appellatur, hoc non faciat, neque producat sententiam, à qua est appellatum, quod erit officium iudicis, ad quem facta est appellatio? dicit Innocen. extra de fide instrum. cap. G. Perpetuus, quod debet partem interrogare utrum habeat illud instrumentum sententiæ, vel aliud, de quo agitur, ut si dixerit se non habere, vel noluerit exhibere, pronunciet, quod si aliquo tempore illud instrumentum reperitur, ei non exhibeatur fides, sed sit casum, & vanum, quod satis placet: Hactenus verba Bart. qui eandem præctam repetit in l. Si appellationem, num. 2. C. de appell. ibi-

si aliquis petit rescindi sententiam, vel aliquod instrumentum, quod aduersarius habeat, & aduersarius non vult exhibere sibi statim termino iudice, quod iudex potest pronunciare, quod si quo tempore illud instrumentum, vel alio appareat sententia, non possit illo uti. Et hanc theoreticam Bartoli, ut præsertim Innocentio deductam sequuntur Roman. in d. l. 2. num. 10. vers. Arbitrari tamen verum esse, Alex. vers. Quod tamen dicit Bart. Curt. Junior. num. 25. & num. 31. in fin. dicens Doctores communiter cum Bartolo transire, Ripan. 17. qui similiter dicit hanc conclusionem communiter teneri, & videri verissimam non solum propter contumaciam, sed propter contemptum, Decius num. 30. vers. Tertius est casus, Cagnolus num. 42. vers. Secundus est casus, Laps. alleg. 10. in fin. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 18. num. 1. Et quævis Raphaël Fulgos. Paul. de Castro, Alex. Curt. Junior., & Crocius dicant Innocentium id non dicere, ad quod à Bartolo allegatur, live ut dicit idem Curtius, infideliter Innocent. à Bartolo allegatur, quia Innocentius loquitur quando appellatus negat fuisse prolatam sententiam: De contumacia autem in exhibendo nihil dicit: contrarium tamen innuunt verba illa Innocentij (Cogetur reddere, live renunciare sententiæ: Corrupte enim in aliquibus Codicibus legitur edere. Et legendum videtur edere, prout legunt Butt. hic num. 3. & Abb. eod. num. & Petrus de Anchar. in Clem. 1. §. Caterum, num. 6. vers. Sexto, & ultimo quæro, de usura; & sic Innocentius loquitur etiam de contumacia in exhibendo quemadmodum eum intelligunt idem Anchar. hic num. 4. qui relatis illius verbis dicit sic: [Si autem exhibere noluit iudex contumacia pronunciet, quod dicitur sententia non adhibeatur fides imposterum] & Joan. de Imol. num. 3. circa med. ibi [Et si non exhibeat, poterit iudex pronunciare quod si aliquo tempore appareat sententia pro illo lata non valet propter eius contumaciam: & idem Anchar. in cap. Curis, num. 6. vers. Sed hic queritur, de appell. lib. 6. ubi refert verba Innocentii ad eum modum, quo referuntur à Bartolo concordant Felin. hic num. 17. Bald. in l. Notarum, num. 8. vers. Est modus, C. de testam. ubi dicit valere sententiam, in qua pronuncietur, ut si nunquam reperitur hancum, sit casum, & nullum, Cagnol. in d. l. 2. num. 49. & 50. C. de edenda. Nam, ut pleat, licet iudex appellationis non videatur iudex competens, nisi sibi prius consulto de sententiæ, de qua pars conqueritur: nihilominus quando appellans fecit quidquid potuit, & omnem diligentiam adhibuit, ut haberet copiam sententiæ, & actorum, & non potuit habere, nec appellatus vult edere, & exhibere; & sententia, de qua conqueritur, non est pro appellante, sed contra eum, ita ut non sit verisimile ut id diceret, nisi verum esset: propterea permissum est, ut iudex appellationis eo modo possit procedere, & pronunciare, ne appellans indebitè opprimatur, & ipse iudex appellationis teneatur jurisdictionem, suam saltem modo prædicto sibi possibilibi.

42. Nec prædictis obsta: quod regulariter non valet sententia sub conditione lata ad l. 1. §. Biduum, ff. quando appellandum sit. Quoniam hoc vendicat sibi locum quando sententia profertur

sub conditione extrinseca, veluti si navis ex Alia venerit, vel simili: secus verò si ferret sub conditione dependente à natura negotij in iudicium deducti, ut declarat gloss. final. in l. Cum iudex, C. de sent. & interlog. omn. iudic. Riminald. & Ripan. d. l. 2. C. de edenda.

25. Item non obstat quod contumacia non videatur iusta causa, ut quis iure suo privari debeat gloss. notabilis, que communiter approbatur, in l. 1. §. Hoc iudicium, in gloss. magna. Si quis eum dicit, non abtemp. Bald. in l. Et in multis circa finem, C. de appell. ubi allegat text. in auth. Et qui, C. de bon. auct. iudi. poss. & ideo aulicentia, que denegatur propter contumaciam, non in perpetuum, sed ad tempus denegari debet, Bald. in d. §. Hoc iudicium, quem ibi refert, & sequitur Alex. col. 3. Nam respondetur objectionem procedere quando verum sit in simplici contumacia: secus verò si interveniat etiam contemptus; Felin. in cap. ad portianem, col. penult.

28. De accusat. Ripa d. 2. num. 17. C. de edenda, vel ubi in præcepto facto iudici à quo de transmittendi actis esset comminata pena, Bart. in l. Auspicio, num. 2. ff. de iure delibran. Ripa in d. l. 2. num. 17. & ibi etiam Decius, qui tribus modis solvit contrarium, n. 30. vers. Sed ad ista respondet, Tene igitur theoreticam Innocentii à Canonistis, & Legistis frequentissimè receptam, quam etiam probavit Sac. Congregatio Concilii exponens verba illa cap. 3. sess. 13. alioquin absque illis (scilicet actis primæ instantiæ) causa appellationis huiusmodi, prout iustitia fuerit, terminetur, Censuit enim consulto de Contumacia iudicis à quo, recusantis exhibere acta, partes iudicis ad quem esse absolvere partem appellantem à molestationibus, & pronunciare acta, & sententiam iudicis à quo si unquam reperiantur causa fore, & vana. Dummodo tamen petens velit expensas subministrare, ut adnotavit Cardinalis Carafa.

31. Ulterius QUÆRO, an acta appellanti edenda sint gratis. Breviter distinguitur, aut queritur de persona iudicis, qui sententiam tulit, & à quo appellatum fuit: & is quantum in se est, utique debet acta primæ instantiæ postulanti gratis exhibere, itaut nullam mercedem eo nomine capiat, ut patet in Concilio Tridentino sess. 13. dicto cap. 3. ibi [Is autem à quo appellatum fuerit intra triginta dies acta ipsa postulanti gratis exhibeat] Aut queritur de persona notarii: & is tenebitur ipsam actorum copiam exhibere appellanti congrua mercede accepta, ut sess. 24. cap. 20. ad finem, ibi [Porro ipsam actorum copiam teneatur notarius congrua mercede recepta appellanti quanto citius, & ad minus intra mensem exhibere. Et ita hæc decreta intellexit Sac. Congregatio, que tamen hoc limitavit nisi sit Cancellarius Episcopi, & non notarius, quia in tali casu nullam recipit mercedem.

33. Item Sac. Congregatio censuit appellatum teneri ad expensas translationis actorum, si ipse, non autem appellans, prosequi causam voluerit: Quod si postea appellans illis actis voluerit uti, teneri eum expensas pro sua portione subire nisi tamen aliter se habeat loci consuetudo.

DE IVREIURANDO.

Cap. Ego N.

SUMMARIVM.

- 1 Venientia forma septem capitula continent secundum quam Episcopi iurant.
- 2 Limina Apostolorum visitare de iure tenentur Episcopi singulis annis per seipso, vel per certum Nuncios, ad ique se iuramento adstringunt.
- 3 Liminum visitatio quo tempore in Ecclesia primum instituta fuerit.
- 4 Quibus temporibus sit facienda, & an Episcopi omnes ad id iureiurando cogligere debeant de iure communi.
- 5 Et quid post Constitutiones Sixti V.
- 6 Impedimenta, ob que Episcopi admittuntur ad Limina per Nuncios visitanda, an prohibent iuramento. & num. 9. usque ad num. 19.
- 7 Et que sunt huiusmodi impedimenta. & num. 23. usque ad num. 33.
- 8 Liminum visitatio in quibus consistat, & quid facere oportet Episcopum, vel eius Nuncios pro illa iurege absolvenda. & num. 61. usque in fin.
- 9 Impedimenta an testibus, vel instrumentis probari debeant.
- 10 An r. & quando probari possint iuramento.
- 11 Et an hoc pendet ex arbitrio iudicis.
- 12 Iuramento impediti standum est quando verisimilitudo presumptio est pro iurante.
- 13 Limina non visitantium impedimenta ex Bulla Sixti V. probari debent ab Episcopi non iuramento, sed legitime probationibus et asseritionibus ad primum Cardinalem Oratorem, & hodie ad Sac. Congregationem Concilii.
- 14 Probatio per iuramentum non sufficit, ubi Constitutio requirit legitimam probationem.
- 15 Nec quando fieri potest per Testes.
- 16 Probatio directa ubi fieri non potest, admittitur indirecta per circumstantias.
- 17 Impedimentum ad huc non sufficit, nisi ob illud quod impeditur.
- 18 Nec satis est illud in genere allegare, nisi etiam exprimatur saltem ex causa impedimenti.
- 19 Impeditus probare debet se non potuisse impedimentum removere.
- 20 Impedimenta legitima qua sua relinquuntur arbitrio iudicis.
- 21 Liminum visitatio ad quem finem instituta fuerit.
- 22 Assimilatur hodie Synodo Episcopali.
- 23 Exempla regulam non restringunt.
- 24 Infirmitas quando excuset Episcopum a liminibus per se ipsum visitandis.
- 25 Impedimentum infirmitatis dicitur necessitas precisa, seu impossibilitas.
- 26 Regia evocatio excusat Episcopum a visitatione Liminum.
- 27 A Liminum visitatione sicut a residentia excusat munus, & Republica officium Episcopatus adiuturum.
- 28 Item etiam gravus.
- 29 Item hostilitas, & timor hostium.

- 30 Item incursum latronum.
- 31 Item pestis, dummodo non sit levis.
- 32 Item itinera, seu viarum impedimentum, sine terra, sine mare.
- 33 Ex predictis impedimentis quodam excusantur a visitatione personaliter autem, quodam vero etiam a transmissione procuratorum.
- 34 Et hoc casu tempus ad visitandum dormit, & subducitur tempus impedimenti, eo que cessante eandem tempore inflaturatur.
- 35 Impedimentum quando absorbet omnem diligentiam prius adhibitam, rata dilatio debet influari.
- 36 Limina visitare quibus temporum intervallis Episcopi tenentur.
- 37 Et a quo tempore omnibus Episcopi incipiunt currere triennia, quadriennia, quinquennia, & decennia, & num. 109.
- 38 A proposito designat principium temporis, & terminum a quo.
- 39 Liminum visitationis tempus quando incipiunt currere Episcopi Italia.
- 40 Et quando Episcopi Germani, Galli, Hispani, & c.
- 41 Et quando Episcopi Africanis.
- 42 Et quando Episcopi Asiaticis.
- 43 Et quomodo hoc annorum spatium computanda.
- 44 Limina visitationis tempus Episcopi primum ducit usque ad ultimum momentum diei supremi, & dies termini non computatur in termino. Ibid. & num. 109.
- 45 Imo excusantur Episcopi a Censuris dummodo ad Urbem pervenerint in ultima die termini, licet Basilica non non visitaverint, nec relationem status Ecclesie exhibuerint ante consummationem eius diei. num. 45.
- 46 Dies capta habetur, vel non habetur pro completa, prout favor aut adum suadet, ut habeatur, vel non habeatur.
- 47 Examen testium non potest dici extra terminum, quando teste intra terminum vararunt.
- 48 Limina visitandi tempus effluxum Prædecessori quomodo intelligatur excusasse Episcopo successore.
- 49 Et quid si spatium sit minus breve ad visitationem perficiendam.
- 50 Ad Limina visitanda non admittuntur Episcopi nuper consecrati prius quam ad residentiam consecrati.
- 51 Liminum visitatio fieri debet in ultimo anno triennij, vel quadriennij, & c.
- 52 Capitulum provinciale non sufficit celebrare in fine primi triennij, & statim in principio secundi celebrare aliud.
- 53 Visitatio facta ab Episcopo in ultima die anni non debet repeti, nec procuratio exigi in principio anni sequentis.
- 54 Limina visitandi impedimentum, ut sit legitimum quo tempore debet contingere.
- 55 Et an obstacula parum duratura legitimum præsentis impedimentum.
- 56 Et quid si incidant in anno visitationis.
- 57 Et quid si Episcopus in fine ultimi anni de industria visitationem distulerit. & num. 109.
- 58 Impedimentum superveniens in ultimo momento non excusat quando quis posuit se in necessitate ultimi momenti diei, cum potuerit antea esse diligens.
- 59 Limina non visitantes ab ingressa Ecclesia, & administratione tan spirituales, quam temporales sunt ipso iure suspensi.

- 59 Non tamen incidant in has penas nisi transacta ultima die ad visitandum præfixa.
- 60 Episcopi Lapsum remanent ligati, etiam si antea eos pariter fuerit.
- 61 Liminum visitatio tribus actibus perficitur.
- 62 Primus actus est visitatio Basilicarum SS. Petri, Pauli de Urbe.
- 63 Quem alium Episcopi non tenentur probare iuramentis, aut testibus, vel fide Sacrista, sed statim eorum asseritioni.
- 64 Ad Limina visitanda mandatum speciale requiritur.
- 65 Et procuratores in Curia existentes nunquam admittuntur etiam cum speciali mandato.
- 66 Quod servatur etiam cum Episcopi Indiarum num. 67.
- 67 Sed impeditus potius datur dilaciones, vel prorogationes ad visitandum.
- 68 Limina visitantium tertius actus est exhibitio debite obedientie, & subiectionis Romano Pontifici & num. 109.
- 69 Limina Apostolorum ubi esse dicuntur, ubi est Papa.
- 70 Nec est securus Episcopus visitans Legatum.
- 71 Iuramentum, quod Episcopi præstant Papa in actu consecrationis est legitimum.
- 72 Limina visitantium tertius actus est relatio Ecclesiarum materialis, quam formalis.
- 73 Status materialis visitatio in quibus consistat.
- 74 Et in qualibet Liminum visitatione de status materialis sit referendum.
- 75 Status formalis Ecclesie in quibus versetur.
- 76 Limina visitantium relatio Congregationi Concilii exhibenda quid præcipue continere debeat. & num. 109.
- 77 Synodum provincialem, vel diocesana Archiepiscopi, vel Episcopi non celebrantes quas penas incurrant.
- 78 Visitatio Diocese saltem biennio ab Episcopo perficienda est.
- 79 Congregatio Concilii responder ad dubia ab Episcopi limina visitantibus proposita, etiam si Concilii Tridentini interpretationem non concernant.
- 80 Distributiones quotidianas videntur dari Canonici, qui Episcopum limina visitantem comitatus sunt, aut eius nomine visitantur.
- 81 Limina visitare tenentur etiam Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarche in partibus Insulelium. & num. 109.
- 82 Episcopi Titulares, quamvis Clero, ut populo Christiano careant, tamen sunt veri Episcopi.
- 83 Loca ab hostibus capta non desinunt esse Religiosa, & sacra. & num. 109.
- 84 Sacramenta Ecclesie vera sunt apud hostes.



EGON. Ponit formam iuramenti septem capitula continentem, secundum quam iurant Papæ Episcopi: & hoc sic pro summario & divisione.

Nota ex ultimo capitulo Episcopos teneri singulis annis aut per se ipsos, aut per certum nuntium Apostolorum Limina visitare, ad idque iuramentum se obstringere. Quamvis autem hanc iuramenti formam primum forte omnium introduxerit D. Gregorius Author huius Decretal.

talibus ad Petrum Subdiaconum: tamen institutio ipsa visitandi Apostolorum Limina Spiritu sancto dictante orcum habuit in primitiva Ecclesia post martyrium Beatorum Petri, & Pauli, ut clare conijci potest ex decreto primo edito ab Anacleto; ac deinde à Zacharia renovato, quod refertur à Gratiano in cap. iuxta, 93. dist. in hæc verba [Juxta Sanctorum Patrum, & Canonum instituta omnes Episcopi, qui huius Apostolicæ Scels ordinationi subjacent, qui propinqui sunt annue circa idus Maij Sanctorum Principum Apostolorum Petri, & Pauli Liminibus præsententur omni occasione se posita] Quo verò de longinquo (idest extra Italiam constituti secundum primum Intellectum glossæ ibi, & Turcer, in princip. juxta chirographum suum impleant. Qui autem huius Constitutionis contemptor exiterit, præterquam si ageritudine fuerit detentus, sciat se Canonicis subjacere sententiis) Hæc ibi; nam si Anacletus, qui successit Clementi, & fuit Quintus in ordine Romanus Pontifex, jubet Principum Apostolorum Limina visitari juxta Sanctorum Patrum, & Canonum instituta: Ergo necesse est lateri id sancitum fuisse illic post martyrium Apostolorum. Verba enim illa Sanctorum Patrum, & Canonum, referri non possunt nisi ad Linum, Cletum, & Clementem, qui soli post Petrum præcesserunt Anacleto, vel ad reliquos Apostolos, quorum aliquos non est ambigendum, quin viderit Anacletus, quippe qui ab ipso Petro ordinatus Sacerdos, & instructus fuit, ut constat ex eius Epistola secunda ad universos Episcopos in Italia constitutos, quæ habetur tom. 1. Concil. pat. 1. pag. 46. col. ibi [Prout Dominus tribuit, & ut à Beato Petro Principe Apostolorum summus instructi, à quo & Presbyter sum ordinatus] Quod quidem institutum cum forte in delictudinem abiisset, postea renovavit Zacharias in Synodo Romæ habita can. 4. Quod autem hic sancitur, ut Episcopi iurent se visitaturos singulis annis, recipit declarationem passivam ex d. c. iuxta ut procedat in Episcopis propinquis, seu in Italia existentibus dumtaxat: nam in remotis, extra Italiam non annue id præitare debent, sed juxta chirographum suum, idest scripturam, vel cautionem, quam fecerunt Domino Papæ in ordinatione, secundum Archidiaconum, & Præpof.

Neque obstat quod Abbas hic num. 6. sententiæ Episcopo in remotis teneri quidem visitare ad præscriptum d. cap. iuxta, sed non adstringi iuramento, de quo loquitur textus hic, quia iuramentum non extenditur cap. penult. infr. eod. nam respondetur hic non agi de extensione ipsius iuramenti; prout loquitur text. in d. cap. penult. sed de obligatione ad iurandum, qua æque omnes adstringuntur: non enim est dare rationem diverfitatis cur Episcopi provinciarum Italiae teneantur se iuramento obligare ad Limina visitanda, & ad id non teneantur Episcopi in longinquis, cum omnes pariformiter ardeant ad ipsam visitationem, licet diversis temporibus peragenda, ut d. c. iuxta.

Sed hodie has omnes ambages sustulit nova Constitutio Sixti V. quæ incipit; Romanus Pontifex. Publicata Rome 13. Kalen. Januarij 1585. in Bullario tom. 2. pag. 509 in qua commemoratur

ratis gravissimis malis, & incommunis, quæ ex intermissa sacrorum Luminum visitatione antea ceteris temporibus obveniret Ecclesie Dei, providè statuitur, ut Episcopi, & alii majores Ecclesiarum Prælati per universum terrarum orbem constituti in manibus primi Diaconi Cardinalis si presentes in Curia fuerint, si verò absentes in manibus Antistes, qui ad impendendum munus consecrationis, aut ad tradendum Pallium à Sede Apostolica delegabitur, jurent juxta formulam in Quinterno Cancellaria Apostolice descriptum se Beatissimorum Apostolorum Limina prescriptis in ea constitutione temporibus personaliter visitaturos, aut si legitime impediti fuerint per certum nuncium ad id specialiter ablegandum.

6 Qua constitutione posita de pluribus dubitari contingit.

Ex primò An impedimenta, ob quæ Episcopi ex prædicta Constitutione admittuntur ad Limina per nuncium visitanda, juramento probari valeant.

7 Secundò quæ in specie sint eiusmodi impedimenta, & quo tempore debeant contingere, ut pro legitimis habeantur, & quomodo annorum spatia ad visitandum sint computanda.

8 Terriò, in quibus consistat hæc Limum visitatio, & quid facere oporteat Episcopum, vel eius nuncium pro illa integrè absolvenda.

9 Quoad primum dubium impedimenta testibus, vel instrumentis probari debere affirmant multi, quos suppresso nomine refert Joan. Andr. in cap. primo, n. 1. vers. Quoniam dicunt, de dolo, & contumacia. lib. 6. & alii apud Menoch. de arbit. iudic. cas. 118. n. 1. quorum tamen opinio non procedit nisi quando impedimenta sunt talia, ut verisimiliter probari possint per testes, vel instrumenta, ut declarat Jal. in l. 2. §. Quod diximus, num. 2. ff. Si quis eum trionibus. Alii vero, ut Innoc. in cap. Existens, in fin. de restitu. in integr. & Specul. in titul. de appellat. §. Nunc breviter, vers. Quid ergo dixerunt impedimenta juramento impediti posse probari, adiuncta maxime uno teste, quam sententiam tuetur Socin. Jun. conf. 79. n. 14. vol. 1. quando impeditus est persona honesta, & fide digna, & qualitas negotii videtur convenire. Alii demum dixerunt hoc totum pendere ex arbitrio iudicis, qui personæ, loci, & facti qualitate perspecta interdum admittit loco probationis semiplenam probationem, & aliquando etiam juramentum, ut cap. ult. §. fin. inf. eod. & in hoc resident, in d. c. 1. de dolo, & contumacia. lib. 6. Host. num. 3. Joan. Monach. & Arch. ambo. n. 1. vers. Sed qualiter de Joan. Andr. eod. num. vers. Tenent prædicti, & videtur de iure verius: nam, ut inquit Menoch. l. cas. 118. num. 3. evenit nonnunquam, ut impedimenta occurrant in rebus regionalibus, quæ nec testibus, nec instrumentis probari possunt iudicis ergo erit prudentia de his statuere. Unde Præpos. in cap. Placuit, in fin. post alios, quos citat id. dist. 1. ait Episcopum, qui vult excusare se, quare non venerit vocatus ad Synodum, si eidem impedimentum contigerit, quia fuit detentus in viciis, admittendum esse ad probandum impedimentum per solum juramentum, & n. 3. addit quod si vellet probare se ob infirmitatem impeditum, posset illud probare juramento, accedentibus conjecturis, ut

quia eius facies esset extenuata, tanquam surgentis ab infirmitate. Et est ex mente DD. de Rota decis. 302. Incipien. Nota quod ubi alias de interuent. in antiq. ubi post Archid. in d. cap. primo, concludunt credendum esse juramento impediti, quando verisimilis præsumptio est pro jurante dicente se impeditum.

13 Verumtamen quod pertinet ad præsentem questionem videtur respondendum impedimenta Episcoporum, qui admittuntur ad Limina per certum nuncium visitanda nequaquam juramento probari posse: nam etiam alias itatum esset in d. cap. iuxta, 93. dist. 1. ut omnes Episcopi juxta SS. Patrum, & Canonum instituta tenerentur temporibus ibi expressis, nisi ægritudine essent detenti, Liminibus Apostolorum se representare: & postea in hæc Decretali Sancticum esset, ut Episcopi tenerentur prescriptis temporibus eadem Limina disjunctive per se, aut per certum nuncium visitare; tamen cum ex vi Constitutionis Sixti V. jam ab omnibus Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & Patriarchis exigatur, ut de huiusmodi impedimento doceant per legitimas probationes per eorum nuncium transmittendas ad primum S. R. E. Cardinalem Diaconum, & hodie ad S. Congregationem Concilii, quæ in ipsius Cardinalis locum subrogata est ab eodem Sixto V. in Constitutione edita super ipsius Congregationis erectione clarè constat de huiusmodi impedimento aliter quam per juramentum esse docendum Dec. in rubr. de probat. n. 130. ubi per gloss. in l. Cam de iudicio in ver. Legitimus, ff. eod. concludit non sufficere probationem per juramentum, quando Constitutio, ut in casu nostro requirit legitimam probationem, & col. penult. vers. Tertio est casus, num. 162. concludit idem multo magis procedere, eum Constitutio ipsa legitimam probationem requirit per se, & principaliter, ut in hac specie.

14 Et confirmatur nam cum Episcopo vinculo juramenti stringatur ex eadem Constitutione Sixti V. ad eadem Limina in certis annorum curricula per seipsum visitanda, nisi essent legitime impediti, frustra eorundem juramento staretur de legitimo impedimento. Qui enim sciens sine legitimo impedimento nuncium transmittendo in perjurium incidere non veretur, utique nec timebit pejerare se legitime impeditum. Quod si id faceret ignorans se legitime impeditum esse, utique & eadem facilitate jurabit se legitime impeditum. Unde ne dicamus hæc Constitutionis particulam per se, & principaliter, serio apostitam osculam esse, fateri cogimur Conditoris mentem fuisse, ut de impedimento aliter doceri oporteat, quam per juramentum.

15 Neque huic conclusioni adversantur opiniones initio relaxæ; Si quidem illæ tunc admittunt probationem per juramentum quando de impedimento attentis omnibus circumstantiis non potest commode aliter, quam per juramentum doceri. Qui casus in materia nostra vix potest contingere, cum probationes non debeant recipi hic Romæ, ubi fortè non possent reperiri testes de impedimento confecti, sed in partibus ipsis, in quibus sunt Episcopi impediti, qui super ipso impedimento facili poterunt recipere attestaciones, & in publicam formam redactas

ad

ad prescriptum Constitutionis per nuncium S. Congregationis Concilii exhibere. Et quamvis quædam reperiantur impedimenta, quæ in partibus per testes pie probari non possunt, atque iura iuramento impediti sit standum; tamen quia circumstantia saltem quæ simul debent concurrere cum assertione jurata, possunt per testes probari, ut in exemplo infirmitatis occultæ; Tunc etiam de ea non possit directe fides fieri per testes, potest tamen ut inquit Præposit. loco supradictato, per eosdem testes probari circumstantia; v. g. quod ex alpe, & macilentia cognoscitur eundem morbo detineri. Accedere etiam potest iudicium Medicorum, qui ex ipsis, quæ videntur, vel tanguntur, sum possunt proferre iudicium; & sic non videtur dari casus, in quo impedimentum solum possit juramento probari, & non per testes; si iudicium potest testibus saltem admittuntur impedimentum probari, utique non erit talis probatio omittenda.

Sed urgebis: Imò de præsentem non potest fieri fides, nisi juramento impediti, eo quod etiam testes possint cognoscere, & habere notitiam, ac deponere de facto: nullo tamen modo possunt iudicare an ex eo facto Episcopus sit censendus legitime impeditus, nec ne, cum hoc solum possit affirmare qui se inde impeditum sentit. Præsertim quia ut Menochius asserit d. cas. 118. in fin. non solum requiritur, ut ad sit impedimentum, sed etiam ut illud quis impediatur, alioquin non excusetur.

18 Ad respondendum hoc argumentum non concludere, cum non sufficiat impedito in genere allegare se impeditum, sed requiritur, ut exprimat factum, & causam in specie, ob quam putet se legitime impeditum existere, ut in materia nostra notat Turrecremata in d. cap. iuxta, 93. dist. Et in simili de Episcopo excusante se cur non accesserit ad Synodum, notat idem Turrecrem. & Præpositus in cap. Placuit, nu. 2. post gloss. ibi in ver. Ratione, 18. dist. 1.

Quibus accedit quod, ut dicit glossa in cap. Si quis iusto, in ver. Detentus, de elect. lib. 6. cum hæc clausula, in d. detentus impedimento, contineat verba juris, pars ipsa non debet illis generaliter uti, sed tenetur exprimere verba facti, ex quibus postea jus, hoc est iudex elicit an illud factum iustum inducat impedimentum. Quod satis patet ex cap. Placuit, in fine. Atque ita ut not. Turrecr. Præpos. tenetur factum ipsum, hoc est causam excusantem exprimere, & per testes probare, & factum ipsum sic probatum exhibere iudici, qui iudicabit an illa causa sit sufficientis.

19 Ex quibus concluditur hæc impedimenta aliter quam juramento impediti esse probanda. Adde impedium debere etiam probare se non potuisse impedimentum removere, aliàs non excusetur c. fin. ubi text. supra de elect. & l. Sed & si per Præpos. §. 1. ff. ex quibus caus. maior. l. Quibus diebus, ubi Bald. ff. de condit. & demonstr. Dec. in cap. In nomine Domini, in 4. notab. supra de testib. & censuit Rota apud Seraph. decis. 1206. num. 2. & in recent. decis. 343. nu. 1. par. 2. & hæc quoad primum dubium.

20 Quoad secundum, cum idem factum uni possit asserere legitimum impedimentum, quod alteri non assereret, ratione diversitatis individuorum;

difficile admodum, quin & periculosum videtur aliquid circa hæc generaliter asserere; ideoque quæ sint iusta impedimenta, tanquam indeterminate, relinquendum videtur arbitrio iudicis, l. 1. ff. de var. delib. cap. De causis, §. Illi etiam, supra de offi. delegat. & in simili materia notat gloss. in d. cap. Si quis iusto, de elect. lib. 6. in ver. Iusto, ubi ait hoc esse iudici relinquendum, quia nec numerari possunt. Unde satis esset ab huiusmodi determinatione, seu enumeratione abstinere: non tamen abs re erit nonnulla per modum exempli recensere, cum exempla regulam non restringant, ut dicam infra nu. 23.

21 Itaque præmittendum est primò, & si antiquitas hæc Limum Apostolorum visitatio exigetur in signum obedientie, reverentie, & subiectionis, ut conjici potest ex §. Episcopi verb. juncto cap. iuxta, immediate seq. 93. dist. tamen ut patet ex proemio Extravagan. Sixti V. dicta visitatio requiritur etiam ad effectum, ut Romanus Pontifex de statu Ecclesiarum certior factus, possit quæ ad onus supremi Apostolatus spectant, quoad omnes Ecclesias adimplere, & omnes Episcopos in partem dictæ sollicitudinis assumptos Ecclesiasticis monitis solidare, & instructiones remittere. Cui fini videtur etiam adimpleri posse quæ in simili materia ponuntur in c. si

22 quis in metropolitana, 63. dist. Unde colligi potest hæc visitationem Limum nunc aliqua ex parte assimilari Synodis Episcopalibus, quarum mentio habeatur in d. c. Si quis, & in c. Non oportet, cum seq. 15. dist. in quibus quidem Synodis à Curatis exigebatur ratio curæ eidem commissæ, ut per Bothzum de Synod. Episcop. par. 2. num. 46. quod conjicitur etiam ex hac Decretali, ubi unusquisque Episcopus jurat per hæc verba: Vosatus ad Synodum veniam, nisi prædictus fuerit Canonice prædicatione. Et paulò infra: Apostolorum limina singulis annis, aut per certum nuncium visitabo, nisi eorum absolventur licentia. Unde inferitur, ut quæ in materia accedendi ac Synodum scripta, reperiantur, congruè applicari possint visitationi Limum, arg. l. Non possunt, ff. de leg. & cap. Inter corporalia, de translat. Episcop.

23 Præmittendum secundò, & si text. in d. c. Luxa, 93. dist. 1. pro iusta excusationis causa non visitandi Apostolorum Limina videatur admittere solum infirmitatem ibi: præterquam si ægritudine fuerit detentus: tamen, ut ibi not. Turrecrem. & Præpos. & potest colligi ex gloss. ibi, & in d. cap. Si quis metropolitanus, 95. dist. 1. Hic casus infirmitatis ponitur pro exemplo, quod regulam non restringit l. Damni infecti stipulatio, ff. de damni. infecti. cap. Ius naturale, 1. dist. cap. Inter cetera, supra de testib. gloss. 1. in cap. 1. infra ne Clerici, vel Monachi. Ideoque non prohibet quin alia etiam iusta impedimenta admittantur. Et propterea Archidiacon. ibi post Joan. de Fan. exponit verbum illud, ægritudine, id est iusto impedimento.

24 Porro Canonice prædicationes, seu causas, quibus Episcopi excusantur ab accessu ad Convantum Episcopalem, adeoque a personali sacrorum Limum visitatione, infra scriptæ inter aliàs recensentur.

Infirmitas in primis pro sufficienti causa à sacris Canonibus in hoc ipso casu visitationis

admittunt in d. cap. *tauta*, dist. 93. & habetur in simili materia in cap. *Non oportet*, 18. dist. tamen infirmitas debet esse gravis ad hoc, ut excuset cap. *si Episcopus*, 18. dist. ibi *excepta gravi infirmitate corporis*, gloss. in d. cap. *Placuit*, in ver. *Ne qui agritudine*. Subdens ex l. 1. §. *sed sciendum*, ff. de edilit. edic. levem febricitantem, aut veterem quartanam non exculare, & hoc dictum glossa etiam approbat Bothrus de Synod. in 2. parte num. 37. arg. l. *Quisquam*, ff. de re iudicat.

25 De impossibilitate præcisæ dubium non est, quin excuset, ut si quis esset inclusus in carcere, vel circumdatus à custodibus; hæc enim excludit omnino voluntarium; ideoque etiam à peccato, ac transgressione excusat cap. *Sacra cum materia*, de usque vi met. caus. cum impossibilitate nulla sit obligatio, ut not. Turrecrem. in dict. cap. *Peruenit*, in fin. & statutum est decreto Concilii Meldensis, cap. 23. r. 3. *Concil. par.* 1. sess. 2. pag. 550. col. 1. in hæc verba (Uti quilibet Episcopus ad Synodum vocatus quacumque occasione venire distulerit, nisi evidens impossibilitas præpediterit, falsa censura ex hoc Patrum autoritate decreta, cesset ab officio, donec satisfaciatur). Facit text. in cap. *unic. vers. seu infra*, & rationabilis corporis necessitas de Cler. non resid. lib. 6. c. 2. in cap. 1. vers. *Ant aliqua eum gravi necessitate detinuerit*, §. qu. 3. & in cap. *Placuit*, ibi: *inque alia gravi necessitate*, 18. dist. in l. *Sed & si quis*, §. *illud*, ff. si quis caur. c. 1. *Incurretur*, ff. ex quib. caus. maior.

26 De regis evocatione est textus in cap. *si Episcopus*, dist. 18. ibi: *aut præceptione regis*. Ad idem text. in cap. *Cum parati*, in illis verbis: *quod in legatione Regis esset, & Deo non potuisses ad vocationem prædicti Cardinalis accedere*, de appell. & tradit gloss. in cap. 1. in ver. *Assensu*, §. *quest. 3*. Verum gloss. in d. cap. *si Episcopus*, hæc causam restringit ad Episcopum tenentem feudum, quod etiam sentit gloss. in d. cap. *Cum parati*, in ver. *In legatione Regis*, dum ait Episcopum tenentem obtemperare mandato Regis, si ab ipso teneat Regalia, alias non teneri, cap. *Quo ausu*, 23. *quest. ult.* cum alijs ibi per gloss. alleg. Deinde huiusmodi causa restringitur per utranque gloss. in loco citato, ut non procedat quando Episcopus est vocatus à Papa, ut contingit hoc casu, in quo Episcopi per hanc Constitutionem Sixti vocantur ad Limina visitanda; tunc enim vocatio Principis secularis non excusat: & sequitur Præposit. in d. cap. *si Episcopus*, De hoc art. scripti plenius in cap. *Qualiter, infra de Cler. non resid.*

27 Munus item, & Republicæ officium Episcopatus adjunctum, veluti cum Episcopi electores occupantur in electione Imperatoris, iuxta c. *Venerabilem*, de elect. vel cum Episcopi actu inter sunt Convenibus, Dietis, vel Assembleis, quibus Ecclesiastici interesse solent, iustam præbet exculationem à visitatione Laminum, sicuti præbet à residentia ex decreto Concilii Trident. cap. 1. vers. *Nisi cum absentia*, sess. 23.

28 Atque etiam alicui legitimum impedimentum ab hac visitatione, sicuti ab accessu ad Synodum cap. *Placuit*, 18. dist. gloss. in d. cap. 1. in ver. *Assensu*, §. *quest. 3*. ubi ait, illam Canonem tria excipere impedimenta, ætatem, ægritudinem, & graviolem necessitatem. Quod tamen

videtur intelligendum, dummodo ætas sit admodum gravis, arg. cap. *Nisi cum pridem*, §. *Alia vero causa*, supr. de renunciatur. In quo Sac. Congregationis arbitrium maxime veretur perpeccata Ecclesiarum distantia, personarum, ac temporum qualitate, atque alijs facti circumstantijs, arg. cap. *Quoniam frequenter*, §. *Quod si forsitan*, supr. ut lit. non contest. & ibi not. Joann. Audr. num. 66. in ver. *Senes*, & Felin. sub num. 4. col. 7. vers. *Advertiam quaestione*, Bald. in *Margarita* in ver. *Senes*, & alij apud Menoch. de arbit. iudic. lib. 1. centur. 1. cas. 59. num. 3.

29 Hostilitas item excusat, arg. c. *Extransmissa*, de prescrip. Bald. consil. 274. *Factum tale est*, lib. 1. seu timor hostium gloss. in d. cap. *Peruenit*, in fin. 18. dist. per text. in cap. *Ex parte*, §. *1. primò*, de appellat. Incursum latronum, l. *Scire*, etiam oportet, §. *Sufficit*, in ver. *Incursum latronum*, ff. de excusat. Tutor. Peltis quoque avert legitimum impedimentum, dum tamen non sit levis, Præposit. in d. cap. *Peruenit*, in fin. 18. dist. quem refert, & sequitur Bothrus *vbi supra* num. 58.

32 Itineris, seu viæ impedimentum solet pro legitimo admitti, arg. d. cap. *Ex parte*, l. *si quis*, §. *Quod distinus*, ff. *si quis cauro*, l. *Scire etiam oportet*, §. *Sufficit*, ff. de excusat. Tutor. Et hoc five sit impedimentum itineris terre, five maris, puta si viæ essent obstructæ à grassatoribus, vel piratis, adeo ut accessus ad Urbem non pate. ret abique evidenti viæ periculo, ut patet ex cap. 2. sess. 24. Concilii Trident. vers. *Excipitur is*, quibus cum imminenti periculo transretandum esset. Huic enim legi naturali cedit lex positiva, Turrecrem. in d. cap. *Peruenit*, num. 3.

33 Porro ex his impedimentis, ut innuit Joan. de Jan. & Præposit. post eum in cap. *Luxta*, ad fin. 93. dist. quædam excusant Antistites à visitatione personalis tantum, non autem à visitatione per certum nuncium, veluti ægritudine, decrepitate, minus Episcopatus adjunctum, & alia id genus, quæ tangunt personam ipsius Episcopi. Quædam vero excusant etiam à transmissio. ne procuratoris, ut peltis, viarum obfessio, hostilitas, & consimilia, dummodo tamen talia sint, quæ impediunt accessum Diœcesanorum ad Urbem: Si enim Episcopus non careat Clero, cæteri Sacerdotes non admittuntur ad Limina visitanda pro non suo Episcopo, quia in Constitutione hac Sixti V. Sancitur, ut Episcopi legitime impediti visitare debeant per certum nuncium ex gremio suorum Capitalorum, aut in dignitate Ecclesiastica constitutum, seu alias personatum habentem, & in eorum defectum, Diœcesanum Sacerdotem; At si Clero careant, omnino per aliquem alium presbyterum regularem, vel regularem spectatæ probitatis, & Religionis, de Statu Ecclesiæ plenè instructum.

34 Quotiescunque autem impedimentum est tale, ut excuset Episcopum etiam à transmissione procuratoris, tempus ad visitandum non currit, sed dormit, & subducitur tempus impedimenti, ita ut eo cessante restitueretur tantumdem temporis Episcopo ad visitandum quantum abforbuit impedimentum, iuxta theoreticam Baldi in l. *Quod tempore*, n. 1. & 2. c. de restit. milit.

35 Quando enim impedimentum abhorbet omnem diligentiam adhibitu per prius, tota dilatio debet

debet instaurari, ut idem Bald. ait in l. *si ita spulari*, num. 2. ff. de verb. obligat. & fit computatio temporum, cumulando tempus lapsum ante impedimentum, & post Roman. cons. 443. *Quod primum in principio*. Licet hoc casu si impedimentum adimplerit notabili anni partem, eo cessante, tutius sit petere prorogationem ad visitandum, antequam triennium, vel quadriennium labatur, si spatium videatur nimis angustum.

36 Ceterum quæ in hac materia omnia ferè certam interpretationem habuerunt ex observantia, & stylo Sacræ Congregationis Concilij, cui universum hoc negotium excipiendi Præfules Limina visitantes, corumque postulata audiendi impositum est à Sixto V. in locum primi Cardinalis Diaconi, ut in Bulla institutionis ejusdem S. Congregationis.

Supponendum est primò ex præfata Sixti V. Constitutione de visitandis Laminibus Episcopos & alios majores Antistites Italos, & Italicis insulis, & provincijs adjacentibus teneri hoc munus obire tertio quoque anno Germanos vero, Gallos, & Hispanos, & cæteros, qui in Europa sunt citra mare Germanicum, & Balticam, quarto anno remotiores vero, qui intra fines Europæ sunt, & Africanos quinto anno; Asiaticos demum, & qui extra Asiam sunt ex omnibus mundi partibus decimo quoque anno, ut fufius exprimitur in eadem Constitutione.

Hæc autem annorum spatia tam Episcopis Italicis, quam cæteris omnibus Christiani ordinis in eisdem Constitutionibus, hoc est à die vigesima Decembris anni 1585. Quod quidem quoad Episcopos & Archiepiscopos, qui tempore publicationis præfata jam consecrati erant, vel Pallium susceperant, aut ad aliam Ecclesiam jam erant transfati, est manifestum, quia sic expressè cavetur in ipsa Constitutione, §. *Hi vero ex supra dictis*. Quoad alios autem quamvis Constitutio in §. *Ita uterque annorum spatia*, statuerit, ut spatia huiusmodi tempore suscepti muneris, consecrationis, vel Pallij traditionis, aut translationis ad aliam Ecclesiam incipiant: tamen hæc verba non ita sunt accipienda, ut initium computationis triennij, vel quadriennij, &c. sumi debeat à die consecrationis, susceptio. nis, vel translationis huiusmodi; sed hunc habent sensum, ut eo ipso quod quis est consecratus, &c. incipiat sibi currere obligatio visitandi Limina, non autem ut spatia prædicta ab eo tempore computari debeant. Et propterea in Bulla videtur itaiose omiffa præpositio, *A*, quæ designat principium temporis, & terminum à quo. Clem. Sicut & ibi Cardin. n. 3. de appell. Felin. in hoc cap. *Ego N. in prime*, & fuit dictum simpliciter, tempore, &c. Et hanc interpretationem semper habuerunt ea verba in S. Congregatione Concilij.

Itaque Episcopis Italicis cepit currere primum triennium à die vigesima Decembris anni 1585. qua Constitutio Sixti V. fuit publicata, & expiravit anno 1588. Similiter die vigesima Decembris, à qua die itidem incipit secundum triennium, & duravit usque ad diem vigesimam Decembris anni 1591. & ita ex inde de triennio in triennium; unde hoc præfati anno 1636. à vi-

gesima die Decembris incipiet currere decimum octavam triennium æqualiter universis Episcopis Italicis, & Insularum adjacentium, & expirabit anno 1639. eadem die vigesima Decembris, nimirum quæ à die publicationis Bullæ usque ad finem prædicti anni 1639. effluxit erunt anni 54. qui constituunt prædicta triennia decem & octo, & successivè anno 1642. pariter mense Decembris expirabit decimum nonum triennium anno 1645. expirabit vigesimum, & ita in futurum perpetuis temporibus.

40 Similiter Episcopis Germanis, Gallis, Hispanis, &c. incipit currere quadriennium primum ab ipsa die publicationis Bullæ, & duravit usque ad diem vigesimam Decembris anni 1589. Et hæc ipsa die incipit quadriennium secundum, & finit anno 1593. in ipsa die vigesima Decembris. Atque ita anno 1637. proximè futuro incipiet illis currere decimum quartum quadriennium duraturum usque ad diem vigesimam Decembris anni 1641. quia ab anno 1585. quo Bulla fuit publicata usque ad finem prædicti anni 1641. intercedunt anni 56. qui constituunt quatuordecim quadriennia. Quocirca Europæi, qui per totam diem vigesimam Decembris ejusdem anni 1641. Limina non visitant pro decimo quarto quadriennio, incidere utique in

41 penas à Constitutione institutas. Eodem modo pro Africanis primum quinqueannium sumptè initium à die 20. Decembris 1585. publicationis Bullæ, & exivit anno 1590. in ipsa die 20. Decembris, & inde incipit quinqueannium secundum, & exivit anno 1595. itidem mense Decembris, adeo ut anno præterito 1635. incepit illis undecimum quinqueannium, quod desinit anno 1640. & sic deinceps de quinqueannio in quinqueannium. Sed & Asiaticis à publicatione Constitutionis effluxit primum decennium anno 1595. die 20. Decembris; secundum anno 1605. eadem die. Unde cum præterito 1635. à die 20. Decembris incepit illis currere sextum decennium obfessis erunt omnes æqualiter Limina visitare pro tota die 20. Decembris anni 1645. & sic in perpetuum ab uno aliud decennium.

42 Hæc autem computatio fieri debet ab ipsa die publicationis Bullæ exclusivè; & sic in fine cuiusque triennij, vel quadriennij integra dies vigesima Decembris cedit commodo Episcoporum, atque ut tempus ad visitandum præfixum duret usque ad ultimum momentum ejus diei. Ita enim statuitur pro regula, ut dies termini non computetur in termino, l. 1. ff. *si quis cautionibus*, cap. *primò*. cum concordant, de quibus ibi per gloss. in ver. *Proposuit*, de restitut. spoliat. num. 6. gloss. fin. in cap. *Super eo*, infra de appellat. Socin. regul. 16. latè Tiraquell. de retract. ligen. §. 1. in gl. 2.

Neque obstat quod annus ubi incipit ibi desinat, & resolvatur, ut inquit Bald. cons. 488. nu. 4. in fin. vol. 1. gloss. & DD. in l. *ita vulneratus*, §. *Assimatio*, ff. ad l. Aquilianam. Et quod cum anni naturalis conficiatur diebus 255. & horis ferè sex, gloss. in c. *Quadragesima* in ver. *Dies de consecr. dist. 45*. gloss. in Clem. 1. §. *Licet igitur*, de reliq. & venerat. Sanctor. Ideo triennium, vel quadriennium visitationi præfixa similiter desinere debeant eodem momento, quo inceperunt.

Id, inquam, non obstat, quia cum spatia hujusmodi, ut diximus, incipiunt a die publicationis exclusive, utique facta computatione a primo momento diei vigesima prima Decembris, triennium, &c. consummabitur, inde ad tres annos in ultimo momento diei vigesima Decembris, in quo momento pertingeret ad punctum sui principii, & sic desinet ubi incipit.

44 Præterea quamvis maxima sit inter DD. altercatio, an, & quando tempus currat de momento ad momentum, & ultima dies anni cepta habeatur pro completa, ut apud Tiraquell. d. glol. tit. num. 17. & apud Juristas in l. 1. ff. de manubiis, & Canonistas in c. Cum in consuetudine, tamen frequentius recepta est opinio glollæ in l. 3. §. Minorum, in verb. Momentum, ff. de minor. ut distinguendum sit in materia, de qua agitur, versetur favor, vel odium, ut dies cepta impleta, vel non impleta habeatur, prout favor suadet haberi, vel non haberi. Quam glollæ opinionem sequuntur ibi Bart. & Alberic. qui testatur in hac questione semper solere ad eam glollam recurri, & explicat dilucide diem ceptam non haberi pro completa, ubi est favor, ut tempus duret; & haberi ubi est favor, ut tempus finiat. Idem tradit glol. in cap. Cum in consuetudine, in verb. Excepit, de elec. & Abb. nu. 6. testatur eam glollam communiter approbari; & de communitate etiam Tiraquell. ubi supra nu. 44. At certum est hoc casu versari favorem, ut tempus visitationis proximè duret usque ad ultimum momentum diei suprædictæ, ut sic Episcopi sunt immunes a censuris, & penis Bullæ. Ergo ultima dies cepta non debet haberi pro completa, itam, ut inquit Angel. cons. 404. col. fin. vers. Non videtur Decretali, ex benignitate, & ad excludendam contumaciam totus dies termini cadit in terminum, maxime quia Sedes Apostolica nihil interest in Episcopi vilitate. Limes in ipsa die 20. Decembris, an vero post dies, & de punctis horarum lex non curat, ut Bald. ait in d. c. Cum in consuetudine, n. 3. de elec. Tam parva enim horarum momenta non satis digna videri possunt animadversione Legislatorum Cypria. lib. 3. Commenta. Turca civita. cap. 12. col. 2. Ad hoc l. 1. ff. si quis cautionibus, ubi in numero dierum, intra quos absentes, debent le iudicio littere, dies termini non computatur, & subnectitur ratio, quia talis diminutio neutri litigatorum onerosa est. Et ita usu receptum

45 ill. Quintimo Sic. Congregatio consuevit benigne excusare a censuris Antistes venientes ad Limes, dummodo ad Curiam perveniant per totam diem vigesimam Decembris ultimi anni, in quo cadit vilitas, licet Basilicas Beatorum Apostolorum actu non visitaverint, nec relationem Status Ecclesiæ exhibuerint ante consummationem ejus diei, eo quod negotium visitationis videatur inchoatum per accessum ad Urbem arg. cap. in casibus, de elec. & eorum que in materia visitationis inchoatæ tradit Federic. 46 de Sen. cons. 145. Ioannes Episcopus num. 3. in fine, exemplo etiam examinis testium, quod non potest dici extra terminum, quando testes intra terminum jurant. Seraphin. decis. 877. nu. 21. Cum præsertim hoc ipsum suadere videantur verba Constitutionis, que tantum exigunt, ut Antistes tertio, quarto, quinto, & decimo quo-

que anno inter se suscipiant, & Deo concedente perficiant.

47 Supponendum est secundum ex præscripto hujus Constitutionis §. Sixti V. §. Ad hoc autem, vers. Que non longius distentur, &c. tempus qualecunque excursum alie diei ex Episcopi, qui live morte præventus, live a lia quacunque de causa ob non habitum tempus ei. præscriptum Limes non visitare pro omnibus triennijs, vel quadrenijs, &c. pro quibus et jus prædecessor non visitavit alioquin sequeretur, ut si Episcopus prædecessor namque Limes visitasset, & diu Ecclesiam obtinisset, & successor teneretur octies, aut decies uno anno visitare, sic de Ecclesiæ statu rationem reddere pro octo, aut decem triennijs, quibus antecessor Præteritum sit visitationem. Quod non est dicendum; sed illa verba ita sunt accipienda, ut Episcopus nuper consecratus si eo triennio, vel quadriennio, quod eo tempore currit, ejus Prædecessor non vilitaverit, teneatur ipse visitationem perferre, exempli gratia Episcopi Italie consecratus est die prima Maij hujus præsentis anni 1636. in quo currit tertius annus decimi septimi triennij secundum ea, que dicta sunt supra num. 39. vers. Itaque Episcopi Italie, si ejus Prædecessor pro hoc triennio decimo septimo visitaverit, Episcopus ipse habebit spatium ad visitandum pro 18. triennio usque ad diem 20. Decembris anni 1639. Atque ita districte poterit visitationem spatium annorum trium, atque octo fore mensuram a die prima Maij sue consecrationis. Sin autem idem Prædecessor non visitaverit pro eodem triennio decimo septimo nunc currente, tenebitur successor visitationem absolovere hoc ipso anno 1636. ante exactam diem 20. Decembris proxime futuri, & sic a die prima Maij consecrationis sue non habebit spatium ad visitandum nisi septem mensium, ac viginti dierum; & in hunc sensum intelligi debent sibi executio tempus Prædecessori effluxum.

48 Quod si hoc spatium nimis breve Episcopo videatur ad visitationem perficiendam, & considerandam relationem Status Ecclesiæ, poterit impetrare a S. Congregatione prorogationem ad hoc minus ob eundem; & in casibus in quibus Episcopi consecrantur in Curia paulò ante finem triennij putamense Octobris, vel Novembris, qui non subest tempus ad eundem Ecclesiam, considerandi Status Ecclesiæ relationem, & redeundi ad Urbem ad Limes visitandi ante exactam diem 20. Decembris immediate sequentis ex gratia admitti solent ad visitationem prius quam abscedant a Curia, exhibita aliqui Ecclesiæ relatione, puta illa, que facta fuit in Consistorio, et si que dantur litteræ testimonialis peractæ visitationis, cum eo tamen, ut cum ad residentiam le contulerint, & diocesim visitaverint, infra sex menses, vel aliud tempus eisdem præscribendum uberiorem relationem transmittant ad Sac. Congregationem.

50 Supponendum est tertio, Episcopos non debere infra tempora superius expressa quocunque visitare, sed tantum in ultimo anno triennij,

ni, &c. idque satis aperte iudicant verba Constitutionis, que non præcipiunt simpliciter visitationem infra illa annorum curricula, sed jubent ut Episcopi Italie tertio, Germanie quarto, Africa quinto, Asia decimo quoque anno iter suscipiant, & perficiant. Licet cum Episcopis ultra montes, ac præsertim Indiarum ob ingentem locorum distantiam benignius agi consueverit, alioquin si liceret infra dicta temporum intervalla visitare quandoque sequerentur duo inconvenientia. Primum, quia Episcopus Italie si exempli gratia visitaret initio anni 1637. proxime futuri, qui erit annus primus decimi octavi triennij a publicatione Bullæ posset differre aliam sequentem visitationem usque ad diem 20. Decembris anni 1642. quo tempore absolvetur decimum nonum triennium. Atque ita ab una visitatione ad aliam intercederet spatium sex annorum, quod est contra mentem, & verba Constitutionis, que vult, & tertio quoque anno fiat visitatio. Ita in simili cum in cap. In singulis de stat. Monachor. statutum sit, ut Capitula provincialia Religiosorum fiant de triennio in triennium, Joan. Andr. ibi in princip. dicit non sufficere in fine primi triennij facere unum Capitulum provinciale, & statim in principio secundi triennij facere unum aliud, quia id, otius esset facere Capitula de sexto in sextum annum, quam de triennio in triennium, & multo tempore posset sic tardari Ordinis reformatio; & sic etiam interpretata est consuetudo. Hæc Joann. Andr. quem ibi totidem verbis sequuntur Antonius de Butr. num. 4. Cardin. num. 3. Anchar. & 52 Abb. & Joan. de Anan. num. 1. in 1. notab. Similem questionem proponit Collectar. in cap. Præcuraciones nu. 13. infra de cens. de Episcopo qui in ultima die anni visitavit Ecclesiam, & in sequenti, seu tunc incipienti. Et resolvit Episcopo non debere hoc facere, etiamsi per annum integrum esset abfuturus, quia hæc non est iusta causa gravandi illam Ecclesiam; sed & tunc unica videatur visitatio, & continuata, ut c. Cum venerabilis, de cens. & cap. Visitandi, 18. quest. 2. Alterum inconveniens est, quia si Episcopus Italie visitaret, verbi gratia die prima Decembris hujus præsentis anni 1636. qui est annus ultimus decimi septimi triennij a Bullæ publicatione, si admittiretur ad visitationem primo anno sequentis triennij decimi octavi, posset visitare iterum hoc ipso anno die vigesima prima ejusdem mensis decembris, in qua incipit decimum octavum triennium; & sic infra dies unum, & viginti. Quod similiter esset tam contra verba, quam contra mentem prædictæ Constitutionis, que vult, ut Episcopi Italie tertio quoque anno reddant rationem Episcopalis administrationis, & contra præallegatam doctrinam Joann. Andr. & aliorum in dicto cap. In singulis, de stat. Monachor. & Collectar. loc. citat. Itaque Episcopi præsertim Italie non consueverunt in primo anno triennij ad visitationem admitti; in secundo autem anno non nisi raro, & ex aliqua rationabili causa, & ita censuit sacra Congregatio super residentia Episcoporum, ut dixi in cap. Qualiter, num. 42. & 47. infra de Cleric. non resident.

53 His ita Constitutis, cum de impedimentis fusc superioris actum fuerit, considerandum est ante omnia, quo tempore impedimentum cuique

Episcopo contingat, & quandiu verisimiliter sit duraturum; nam si Episcopus incidere in febrem primo anno currentis triennij, vel quatuor- niij, &c. hæc non esset iusta causa mitendi nuncium ad visitationem peragendum, quia eo anno non teneret, nec debet visitare, & verisimile est, ut ante ultimum annum triennij, vel quadriennij cesset impedimentum infirmitatis, atque ita Episcopis possit per seipsum præscripto tempore Limes visitare. Quod si impedimentum incidere in ultimo anno, quamvis tunc sit iusta causa subligandi procuratorem, tamen si impedimentum incidere initio illius anni, quotenus visitare, & esset ejusmodi, ut verisimiliter duraturum non esset ultra paucos aliquot dies certe Episcopus non satisfacere consentientia sue, qui hujus impedimenti prætextu abstinere; & 54 personali visitatione; requiritur enim ad hoc ut impedimentum sit diuturnum, ut ait glol. in cap. 1. in verb. Logatum, §. quest. 3. Joan. de Imol. cons. 85. num. 9. vers. Circa quantum, alias videtur casus, ut Antistes tenerentur per seipso visitare, quia raro accedit, ut integri anni spatium quis non reperiat aliquando impeditus. Unde impedimenta procellæ maris impetus fluminum, transitus piratarum, levis podagra, seu aliter morbi, vel obstaculi parum duraturi pro 55 legitimis habenda non esse etiam incidere in anno visitationis; dummodo tamen non incidere circa finem anni, adeo ut cessante postea impedimento, probabiliter non superesset congruum spatium personaliter accedendi ad Urbem, & Episcopus de industria in illud tempus accessum non distulisset; nam hoc casu fecerunt Gemilian. cons. 91. in fin. num. 12. vers. Secundo etiam. Si quis ponat se in necessitate, vel negligentia ultimi momenti diei, cum potuerit ante esse diligens, quamvis superveniat impedimentum in ultimo momento, non excusatur; quia imputandum est ei, qui se taliter arctavit, allegat Speculator. in tit. de dilat. §. Dilationem, vers. Pone Index. & glol. in dicto cap. Capientes, in ver. Comparere, de elec. lib. 6. In quibus tamen omnibus plurimum exuberat arbitrium, & æquitas factæ Congregationis.

58 Cessantibus ergo supradictis impedimentis, ac si que sunt his similia, Episcopi tenentur ipsi per se juxta intervalla temporum superius relatamunus visitationis conficere; alioquin ab ingressu Ecclesiæ, ac etiam ab administratione tam spiritualium, quam temporalium, nec non a perceptione fructuum suarum Ecclesiarum a Capitulis earum interim liberè exigendorum, & in opus fabricæ, seu ornamentorum Ecclesiæ emptionem, prout major exegerit necessitas, insumendorum, ipso facto tandiu sunt suspensi, donec a contumacia respicientes relaxationem suspensionis a Sede Apostolica meruerint obtinere, ut patet in Bulla in §. Si vero quod ab his; Non tamen incidunt in has poenas nisi transacta ultima die termini ad visitandum præfixi, etiamsi tantum temporis affluerit, ut certum sit, eos ante præfixum tempus visitare non possit, ut optime probat textus in c. Commissi, in princ. de elec. lib. 6. & per illum text. in simili casu tradunt in cap. fin. ne Clerici, vel Monachi. Butr. num. 8. in 3. quest. Cardin. nu. 6. in 2. quest. Anchar. num. 6. in fin. expectandum est enim totius

temporis lapsus quasi in diem rota obligatio sit collata. *In illa, ff. de verb. oblig. l. tra stipulatus, §. 1. Infulens ff. si quis caution. cap. Consultat, §. 1. supra de offic. deleg. cum suis concord. & not. Host. in d. cap. fin. nu. 1. in verb. Redierit ne Cler. vel Monachi post Goffred. Vincent. & Abb. Antiq. ibi num. 3. Butr. Cardin. & Anchar. *supra citat.**

61 Porro ejusmodi manus visitationis Limum in tribus actibus potissimum consistit, videlicet in materiali sacrorum Limum visitatione, in exhibitione debite obedientie, ac reverentie Romano Pontifici, & in relatione Status Ecclesie. Quos tres actus complectitur Bulla in §. *Quarta: & eorumdem meminit Sac. Congregatio Concilii in litteris patentibus, quas tribuere solet Episcopis post peractam visitationem hac, vel consimili formula, videlicet Nos, &c. S.R.E. Presbyter Cardinalis, &c. Fidem facimus, & attestamus Reverendissimum in Christo Patrem Episcopum, &c. Constitutioni sel. rec. Sixti V. &c. cumulate satisfecisse: nam & sacras Beatorum Petri, & Pauli Basilicas humiliter, & devotè præfens veneratus est; & Sanctissimi D. N. pedibus provolutus Sanctitati Sux, & Sac. Congregationi, &c. ore, scriptoque reulit de statu Ecclesie suæ, &c.*

62 Itaque primus actus perficitur ab Episcopis adeundo Basilicas SS. Petri, & Pauli de Urbe, ibique humiliter venerando Beatorum Apostolorum corpora. Nam & si obligatio quam habent Episcopi de visitandis Limum Apostolorum ex forma juramenti posita in hac Decretali non intelligitur de Ecclesijs SS. Petri, & Pauli sitatis in Urbe, sed de Curia Romana, ut dicit hic Joan. de Anan. num. 9. nec de Apostolis mortuis, sed de Papa, ut per Joan. Andr. in verb. Apostolorum, & dicimus infra num. 68. *vers. Secundus actus*, tamen obligatio hæc visitandi prædictas Basilicas deducitur ex alijs Canonum, & Sanctorum Patrum decretis, & præcipue ex dicto cap. *luxta, 93. distin. ex Leonis Epistola 4. ex Polycarp. lib. 4. tit. 25. ex Aniceto lib. 6. cap. 164. ex hac Sixti V. Constitutione, & ex diuturna observantia, ut propterea non bene Anast. Germon. Archiepiscopus Tarantase excludat à visitatione Limum hunc actum venerationis Basilicarum in suo tractat. de *indult. Cardin. ad fin.**

63 Quem quidem actum Episcopi non tenentur probare juramento, aut testibus, ut supra de impedimentis dictum est; sed satis est, ut ipsimet referant Cardinali Præfecto, vel Secretario S. Congregationis Concilii se personaliter Basilicas visitasse: nam qui è sua Diocesi ad Urbem accessit ad Limum visitanda dubitari non potest, quin Basilicas præfens veneratus sit, ideoque eorum asserzioni in hoc plena fides habetur; adeo ut nec per sidem Sacrificæ earundem Basilicarum de visitatione docere debeant. Quinimo attestaciones hujusmodi, quas aliquando Episcopi exhibuerunt, me Secretario, vel ante actis temporalibus non fuerunt receptæ, vel admittæ. Et hic stylus servatur est tam quoad Episcopos, quam quoad eorum nuncios, seu pro-

curatores. A quibus tamen procuratoribus hoc amplius exigitur, ut priusquam hoc nomine adeant Beatorum Apostolorum Basilicas, exhibeant mandatum speciale authenticum sui Episcopi ad Limum visitanda. Item mandatum generale non consuevit admitti, tum quia jus commune exigit certum nuncium ut hic in textu, ubi Joann. Andr. num. 8. in fin. & post cum Abb. num. 6. supplet, idest cum litteris patentibus Episcopi. Tum quia qualitas materie hoc depolcit, ne tam grave, ac necessarium negotium quasi obiter agatur, ac perfunctorie. Tam denique quia Bulla disertis verbis præcipit, ut si Episcopi legitimo impedimento detenti fuerint, jurent se prædicta omnia adimpleruros per certum nuncium ad id speciale mandatum habentem. Quinimo si aliqua suspicio subit ab ipsis Nuncijs exquiratur etiam delato juramento an venerint expensis Episcopi: licet quando Procuratores ad hoc munus principaliter fuerint ablegati, nihil obstat quin postea, etiam negotia propria expedire valeant, existentes autem in Curia nunquam, & ex quavis causa admittuntur ad visitandum etiam cum speciali mandato ab Episcopis transmissis; Sed instantibus legitimis impedimentis viarum, pestis, & alijs id genus consueverunt potius dari dilationes, ac pro-

64 rogationes ad visitandum; adeo ut ne ab Episcopis Indiarum quidem admittantur procuratores, nisi specialiter ab eorum Diocesis fuerint ad Urbem ablegati. Excipiunt tamen Episcopi residentes in partibus Indielum Sacre Congregationi de propaganda Fide subordinati, qui de hoc habent speciale privilegium à sel. rec. Urbano VIII. concessum 28. Julij 1626.

68 Secundus actus visitationis, idest exhibitio obedientie, & subjectionis Beatissimo Romano Pontifici elicitur etiam ex hac Decretali, quæ dum loquitur de visitatione Limum Apostolorum intelligitur à Doctores de Papa, quia Apostolorum Limum ibi esse intelligitur, ubi Papa est. Et ita hunc reatum exponi debere patet ex verbis immediate subsequentijs, idest *nisi eorum absolvere licentia*, quæ de necessitate oportet exponi, nisi nisi absolvar per Papam qui illis Limum præest, & eorum vices gerit, & autoritate fungitur, ut formaliter dicit hic Innoc. in verb. *Apostolorum*, & post cum Host. & Joan. Andr. ambo num. 8. Abb. nu. 6. Joan. de Anan. & Felin. ambo num. 9. Specul. in tit. de legat. §. *Nunc ostendendum*, num. 88. Cardin. Turrecr. in c. *luxta*, in verb. *Limum*, 93. dist. Stephans de Gaeta in repet. cap. *Ad Limum*, num. 130. quæ est 1. Idem constat ex dicto c. *Ad Limum*, cujus hæc sunt verba (Ad Limum Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum principum hic præfens homo nomine Stephanus orationis causa veniens, nostro Præfultui suggerendo innotuit, &c. ubi idem Stephanus de Gaeta (Nota inquit. Primo quod Limum Apostolorum ibi esse intelligitur, ubi est Papa) ut patet dum dicit, *Ad Limum Apostolorum*: & subdit, *nostro Præfultui*: quod ea ratione à Sanctissimis illis Patribus fuit constitutum, ut Episcopi omnes eam, quam decet reverentiam exhiberent Romano Pontifici, tanquam Summo Christianorum, Capiti, & pastoris; Idque insinuat Gratianus, qui in cap. 3. 93. *distin. relatis* verbis Cypriani

ni de unitate Ecclesie, videlicet (Qui Cathedram Petri, super qua fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia esse non confidat) addit ipse (Episcopi vero, qui Apostolicæ ordinationi subjacent, etiam hæc reverentiam debent, ut se singulis annis Apostolorum Limum repræsentent) Et immediate subnequit d. cap. *luxta*. Hinc Specul. in d. §. *Nunc ostendendum*, in fin. & Anton. de Butr. hic quarunt, An Episcopus, qui singulis annis visitare Limum Apostolorum jurejurando se adstrinxit, sit securus si visitaverit Legatum, & respondet non esse, quia Limum Apostolorum ibi esse intelligitur ubi est Papa, & aliud Sedes, aliud Legatus, non tamen requiritur forte male illud juramentum fidelitatis in hoc textu expressum, quod dicitur esse legum, Bald. n. ii. *vers. ibi contra*, & latius Alex. de Nævo nu. 24. *vers. Ex quo insert*, hoc enim præfatur ab Episcopis semel tantum in actu Consecrationis. Sed satis est, & perficitur iste actus, si Antistes stant se ad pedes Summi Pontificis, cumque edoceant de omnibus quæ in eorum Ecclesijs ad Dei gloriam augendam, ad Christianam Religionem propagandam, & ad animarum salutem procurandam judicaverint deducenda esse ad notitiam Sanctitatis suæ, & vicissim mandata Apostolica humiliter recipiant, ut in memorata Bulla Sixti V. in §. *Quarta, vers. Ac nobis, & successoribus nostris*.

72 Tertius actus perficitur, cum Episcopi ore, scriptoque de universo Statu Ecclesie suæ referunt S. Congregationi Concilij. Ad quam quidem relationem favendam tenentur etiam ex juris communis præfcripto, ut hic adnotarunt Joan. Andr. num. 8. in verb. *Certum nuncium*, & Abb. num. 6. Hic autem Status, aut materialis est, aut formalis materialis dicitur qui versatur circa loca Urbana, suburbana ruralia, sylvestria. Item circa Cathedralia, Collegiata, Parochiales, & alias Ecclesias, & Oratoria. Item circa monasteria tam virorum, quam mulierum, Hospitalia, Montem Pietatis, Collegia, Confraternitates, & alia pia loca tam civitatis, quam diocesis, & circa earundem Ecclesiarum, & locorum situm, fabricam, ornatum, bona, redditus, sacra suppellestem, personarum, ac ministrorum numerum, & ordinem, & alia his similia.

74 Et quoad hunc statum materialis praxis est, ut unusquisque Episcopus in prima ejus visitatione plenam exhibeat relationem: In sequentijs autem visitationibus super hoc statu materialis simpliciter se referat ad relationem primo exhibitam, & tantum adficiat si quid additum, imminutum, aut immutatum fuerit, quod S. Congregationem scire expediat.

75 Status vero formalis, in quo præcipue Episcopi teniti debent, versatur circa pastorale officium, atque omnia, quæ ad ipsarum, quibus præfunt, Ecclesiarum regimen, & animarum salutem quoquo modo pertinent, de quibus Sac. Congregatio peculiariter edoceri vult ad præscriptum Constitutionis ab eodem Sixto editæ super institutionem ipsius Congregationis, in §. *Patriarchatum*, in Bullar. tom. 2. pag. 614. videlicet. Quæ in Ecclesijs eorum cura, ac fidei commissis Clerici, populi que morum disciplina sit, quæ Concilij Tridentini decretorum cum in omnibus, tum præsertim in residentie munere executio; quæ

item pie consuetudines; & qui omnium denique in via Domini sint progressus. In specie autem An quotannis celebraverint Diocesana Synodum, ac si Archiepiscopi sint an etiam eo triennio congregaverint Concilium provinciale; nam alioquin si in his negligentes forent, penas à sacris Canonibus sanctitas incurrerent, cum pena suspensionis de qua in cap. Sicut de actus, æque habeat locum in diocesana Synodo, atque in provinciali, ut per Abbatem ibidem in summa; & colligitur ex Concilio Tridentino cap. 2. in fine *vers. Si Metropolitanis, vel Episcopis negligentibus fuerint*, &c. *sess. 24.* quæ verba censuit sacra Congregatio referri tam ad provinciale, quam ad diocesana Synodum; de quo tamen dicendum, ut scripsi plenius in prædicta Decretali *sicut, in 10. questione*.

78 Deinde Episcopi referunt S. Congregationi, an diocesam suam quotannis visitaverint, ac si ob ejus latitudinem eam quotannis visitare integrè non potuerint, an saltem biennio visitationem absolverint. Neque enim permittitur, ut latitudinis prætextu visitatio integra longius protrahatur unde cum in Concilio Provinciali ultimo Burdegalsensi decretum esset, ut si Episcopi integram diocesam singulis annis pro latitudine visitare nequirent, saltem triennio id perficerent Sac. Congregatio jussit expungi illud verbum, *Triennio*. & in ejus locum reponi verbum *biennio*, ad præscriptum Tridentini Concilij cap. 5. *sess. 24.* dam autem referunt de visitatione diocesis, indicant similiter si quid in ea visitatione repererint, quod notitia S. Congregationis dignum videtur; veluti an fides Orthodoxa ubique fervetur in violata; an prævæ consuetudines, & ritus superstitiosi alicubi irrepserint: An Parochii jugiter in suis parochijs resident, doctrinam Christianam doceant, & suo muneri satisficiant; An verbum Dei in civitate, ac diocesi consuetis temporibus prædicetur; an graves inimicitie, aut dissidia ullibi vigent, quæ componere, aut sedare nequirent, an redditus Ecclesiarum, & piorum locorum fideliter administrantur, & erogentur in usus à fundatoribus, vel alijs legitime præscriptos; an pænae, ac multe pecuniaræ pijs usibus applicentur, & an habeant ejusmodi pecuniarum depositarium; an divinus Cultus ulla in parte imminutus, an ve Clerici, populi que disciplina alicubi sit collapsa, & alia id genus.

Amplius referunt an Sacramentum chrismatæ ministraverint; an in civitate erectum fuerit Seminarium Clericorum; similiter an erecta sit præbenda Theologalis, ac Penitentiaria.

Ad hæc an in monasterijs Monialium violatè clausura custodiatur, an Moniales servent vitam communem; & an aliqui abusus in istem monasterijs irrepserint, qui consilio, aut auxilio S. Congregationis indigeant.

Item An Cathedrali extent distributiones quotidianæ, & Canonice, & Beneficiati divinis interessent ad præscriptum Concilij.

Ac demum an habeant aliquod impedimentum à iudicibus, ac magistratibus secularibus, aut his aliqua, vel controversia cum illis intercedat in his, quæ ad episcopale officium, & jurisdictionem, immunitatem que ac libertatem Ecclesiasticam pertinent, & quam plura alia his

80 Relations autem Status Ecclesie multi p[er] p[re]sbi-
pi consueverunt adhibere dubia, si qua illis oc-
currant circa ecclesiarum suarum regimen, su-
per quibus sacram Congregationem consulunt
consuevit enim Congregatio omnibus respon-
dere occasione visitationis Liminum etiam du-
bia ejusmodi non concernant Tridentini Con-
cilij interpretationem, juxta facultatem, quam ei
Sixtus V. attribuit in literis erectionis ejusdem
Congregationis §. 1. vers. Patriarcharum.

Demum relatio ab Episcopo, vel ejus nuncio,
ut proponitur, exhibita legitur in plena Con-
gregatione, quae singulis capitibus percipit,
pastoralem Episcopi sollicitudinem aut laudat,
aut excitat salutaribus adhortationibus, & in om-
nibus providet, prout in Domino judicat salu-
briter expedire.

81 Ac tandem cum litteris testimonialibus per-
actae visitationis admonitis, instructis, & robo-
ratis ad suas Ecclesias remittit ad praescriptam
ejusdem Constitutionis §. 1. vers. Ipsique det
litteras, mandatque assignari distributiones totius
temporis accessus, mansionis, ac reversionis
Canoniceis, qui Episcopum ad Limina comi-
tati sunt, quae jubet etiam assignari Praebendato,
qui Episcopi nomine visitavit ad praescriptum
Decreti ab eodem Sixto V. hac de re editi.

82 Ultimo loco omittendo non est ad hanc visi-
tationem ex sententia Sacrae Congregationi tenen-
der etiam Patriarchas, Archiepiscopos, & Epi-
scopos Titulares nam quoad primum, & secun-
dum visitationis actum, certum est Ecclesiae cap-
tivitatem non esse illis impedimento, quominus
possint per seipsos Beatorum Apostolorum Basi-
licas venerari, & Summo Pontifici praesenta-
re.

83 Quo vero ad tertium actum relationis, tamen si
Ecclesiae habeant in partibus Infidelium, & ca-
reant Clero, populoque Christiano: non tamen
propterea desinunt esse illarum Ecclesiarum Epi-
scopi, c. Pastoratus, ubi notat Archidiaconus, sub
num. 4. & praepositus in 1. notab. 7. quae. 1. Et
quamvis lex civilis dicat, cum loca capta sunt ab
hostibus, omnia desinere religiosa, & sacra esse,
ut in l. Cum loca, ff. de reho. & sumpt. funer. ta-
men non est ita, quia ipsa Sacramenta Ecclesiae
vera dicuntur esse apud hostes, c. Quod quidam,
1. quae. 1. & quod dicitur lex locum desinere esse
sacrum, intelligitur, quia viduatus est seris mi-
nisterijs, ut declarat gl. in dicto cap. Pastoratus,
in vers. Reverenti. Itaque tenentur praedicti de
illis ovibus esse solliciti, si forte spes ulla divina
miserationis affulgeat aliquam ex eis reducendi
ad Ovile, & super gregem illum quantum, eis
datur invigilare. Et propterea de statu Ecclesiarum
suarum pro juribus inquirere debent, & San-
ctitati Suae, ac Sac. Congregationi suggerere si
quid illarum animarum saluti prodesse posse ju-
dicaverint, ejusque Beatitude opem, & auxi-
lium super hoc implorare atque ita in specie sa-
era Congregatio superioribus annis respondit
consulta a Patriarcha Gesualdo, qui per nun-
cium specialiter ablegatum ex sua dioecesi Ba-
renti visitavit etiam tanquam Patriarcha Con-
stantinopolitanae, statumque ejusdem Patriarcha-
tus relationem exhibuit. Quod ipsum, & antea
respondit S. Congregatio ad consultationem
Thomae de Avales Patriarchae Antiocheni.

DE IVREIVRANDO.

Cap. Veniens.

SUMMARIUM.

1 Juramentum de parendo alicuius mandato non est
servandum si praecipitur aliquid quod obviet iu-
ramento prius facti. & n. 12.

Et quid si obviet promissioni non iuratae. num.
23.

2 Inimicitia capitales contrahuntur ex verbalibus iniu-
rijs.

3 Convicium quid, & unde dicitur.

4 De iniurijs illatis, & earam satisfactioe potest compromitti.

5 Compromissum, ubi agitur de crimine criminaliter, non
potest fieri in privato.

6 Secus ubi de crimine agitur civiliter.

7 Compromissum super satisfactioe iniuriarum fieri po-
test non solum in extraneum, sed etiam in
ipsum ostensum tanquam amicabilem composi-
torem.

8 Secus tanquam in arbitrium.

9 De iniurijs illatis fieri debet mutua compensatio, si ci-
vilitate agatur ad partem parti applicandam: Secus
si criminaliter. & num. seq.

10 Compensatio delictorum non fit ubi pena venit s[ec]o ap-
plicanda, sive sit spiritualis, sive temporalis, sive
pecuniaria.

11 Juramentum non extenditur ad ea, de quibus non fuit
verisimiliter cogitatum. & num. 24.

12 Juramentum licitum transgrediens est perjurium, & mor-
taliter peccat.

13 Juramentum non est obligatorium quando servari non
potest sine interitu salutis aeternae.

14 Jurans parere mandato alicuius, si praecipitur ali-
quid, quod non adverteatur priori iuramento,
Sed tamen sit ita grave, ut de eo verisimiliter non
cogitaverit, an teneatur illud servare. & num.
seqq.

15 Consensus est de ratione intrinseca iuramenti.

16 Casum fortuitorum renunciatio non validatur iura-
mento ob defectum consensus.

17 Juramentum non extenditur nisi ad rationabilia possi-
bilia, & honesta.

18 Jurans stare mandato Episcopi, & non appellare, si E-
piscopus praecipiat, ut renunciet beneficio, appella-
re potest, nec est opus petere relaxationem a iura-
mento.

19 Jurans non petere reductionem ad arbitrium boni viri, si
enormiter laedatur, potest illam petere iuramento non
obstante.

20 Etiam si dictum fuerit, ut compromissarius possit enor-
miter ledere.

21 Compromissum verba quantumcumque lata relata ad ar-
bitrium tertij proferuntur sub quadam confidentia
legalitatis, & bonitatis eius, in quem compromitti-
tur.

22 Juramentum generaliter praestitum de parendo manda-
to alicuius non extenditur, nisi ad ea, de quibus co-
gitatum est, vel debuit merito cogitari.

23 Pars sunt scire, & scire debere.

24 Juramentum specific praestitum in foro animae iuxta
intentionem iuranti recipit interpretationem.

Pro-

Proterea quando iurans dolens non adhibet alioquin in-
terpretatur secundum sanam intellectionem suscipientis.
num. 28.

27 Juramentum in foro iudiciali recipit interpretationem
secundum ius.

VENIENS. Si is, cujus mandato stare
iuravi, aliquid mihi praecipit con-
tra iuramentum per me prius licite fa-
ctum, illud servare non teneor. Hoc
dicitur Joan. Andr. Bald. Bellam. Butr. Cardin.
Anchar. Imol. Abb. Joann. de Anan. & Alex. de
Nevo. Dividitur in duas partes, in primaponi-
tur imperantis querela, in secunda provisio ibi:
Verum.

2 Nota primo ibi: Alternam convicia, inferen-
do, inimicitias graves, seu capitales contrahi ex
convicijs, id est ex verbalibus iniurijs, l. 1. §. Can-
tinnella, & l. Item apud Labeanem, §. Air Prator,
ff. de iniur. Dicitur enim convicium, id est con-
ventus vocum, quali convicium, secundum
Joan. Andr. hinc num. 2. & Alex. de Nevo, con-
cordat textus in l. Licet, ff. de arbitri. & hic notat
Bald. num. 5. Butr. num. 2. Anchar. in 1. notab. Imol.
in principijs, & Joan. de Anan, num. 3. quod nota pro
modo articulandi.

3 Secundo nota ibi: Obidere mandato. De inju-
rijs illatis posse compromitti, ut hic per Bald.
num. 5. & Abb. num. 1. Quod glossa prima intelli-
git tanquam in arbitratorem, seu amicabilem
compositorem: propterea enim cum isti hic ma-
le fuerint arbitrati, & injulle composuerit, po-
tuit peti reductio ad arbitrium boni viri, juxta
textum in l. Si societatem, ff. Pro Socio. Et sic
quamvis ubi agitur de crimine criminaliter, non
possit fieri compromissum in privato, secun-
dum ea, quae notantur in cap. penult. §. 1. de in
6 integr. restit. & in l. Non distinguemus, §. Tu-
lianus, ff. de arbitri. tamen secus est ubi agitur de
crimine civiliter, ut hic, & in cap. Quintus avallis,
infra eod. in cap. Litteras, de praesumpt. & in
l. Quidergo, §. Et compromisso, ff. de his qui not.
infra, secundum Abbatem hic in 2. not. & ita ut
videm aut num. 1. super satisfactioem iniuriae irro-
gatae possunt partes componendo jurare de stan-
dum mandato non solum tertij, sed etiam ipsius
offensi, de quo est casus in d. cap. Quintus avallis.

3 Vel dic istos fuisse arbitros in re sua, cum essent
confanguiinei partis offensa, ut in text. quod non
licuit tanquam in arbitros, ut l. penult. ff. de ar-
bitri. & hic notatur in gl. Addit, in verb. Manda-
to.

9 Ex his habes unam differentiam an pro injuria
illata criminaliter agatur, an vero civiliter.

Alia notabilis differentia est, quia si duo sibi
mutuo dicant verba injuriosa, & criminaliter
agatur, uterque est puniendus: & in hoc casu
intelligendus est Specialiter, in tit. de Accusat. §. 1.
in fin. 2. col. vers. Quid si te latronem vocavi. Si
vero civiliter agatur, ut quia uterque agit, ut
fiat condemnatio ad poenam parti applicandam,
tunc fieri debet mutua compensatio, & neuter est
puniendus, & in hoc casu debet intelligi Abb.
hic num. 3. ad finem, pro ut eos distinguendo
10 conciliat Alex. de Nevo num. 17. & ad Innoc.
in cap. Sicut, 1. secundo, nu. 7. infra eod. ubi dicit
nullam fieri compensationem quando agitur de
Prosp. Fagn. in 2. Decretal.

poena fisico applicanda, sive sit spiritualis, sive
temporalis, sive pecuniaria; secus si poena veniat
applicanda parti, & cum sequitur Socin. in re-
gula 45. Delicta paria mutua compensationem
tolluntur, in secunda fallent.

1 Tertiò nota ibi, Solo ead. confidentia praestitisset,
iuramentum non extendi ad ea, de quibus non
fuit verisimiliter cogitatum: ad quod quotidie
consuevit allegari hoc capitulum, & hic notat
gl. in ver. Praescripser, Innoc. nu. 1. Host. nu. 2.
Butr. in 2. notab. Imol. num. 1. Joann. de Anan.
mon. 7. & reliqui omnes, gl. in c. Ad nossem,
l. ultimo, in ver. Mente, per illum text. infra eod.
Bart. in l. Si quis pro eo, in d. casu num. 15. ff. de
fideiussor. Bald. in l. 2. in 9. quae. C. de resinda
vendit. Federic. de Sen. conf. 199. Queritur An
Domina, nu. 2. & conf. 62. Verius videtur, nu. 2.
Angel. conf. 172. Ludovicus, nu. 1. Cardin. con-
sil. 92. Favendo Pupillis, col. penult. vers. Que ad
iuramentum, Signorol. de Homod. consil. 61.
Quaestio talis est potest, col. 2. vers. Nanc veniamus, &
conf. 250. super dolo col. 5. vers. Item non videtur, &
alibi passim, Doctores, & latius dicitur infra cum
gl. penult.

2 Ultimo nota ibi, si iuramento prius licite factum
repugnat, iuramentum de parendo mandato ali-
cuius non esse observandum, si praecipitur ali-
quid, quod obviet alteri iuramento prius licite
praestito, prout hic est casus secundum Jo. Andr.

3 & omnes supracitatos in summario textus. Ra-
tio est, quia transgrediens primum iuramentum
licitum, peccat, & mortaliter peccat, cap. In
novo, & cap. Praedicandum, 22. qu. 1. cap. Quae-
re, 4. peccare, q. 2. & c. Si vero, supra eod. cum mul-
tis similibus: & consequenter secundum iura-
mentum, quod repugnat primo, est illicitum,
cum inducat ad peccandum; ideoque non est
obligatorium, quia servari non potest sine inter-
itu salutis aeternae, c. 1. 2. & 3. & per totam
22. q. 4. d. c. Si vero, & c. Non est obligatorium,
de reg. iur. lib. 6. & quoniam non est praesumen-
dum, ut generaliter jurando, quis cogitaverit,
ut sibi aliquid mandaretur contrarium suo priori
licito iuramento, c. Ad nostram, l. Ultimo, infra
eod. & c. Si compromissarius, de elect. lib. 6. Ideo
iuramentum hoc intelligitur sub tali confidentia
praestitum, ita ut ad honesta restringatur, &
ad aliquid contrarium priori licito iuramento
non extendatur, ut hic in littera, & in c. 1. infra
eod. lib. 6.

4 Et ex hoc a contrario sensu infert glossa ulti-
ma hic, ut qui iuravit stare mandato alicuius,
si mandatum non adverteatur priori iuramento,
teneatur illud servare, quamvis imponat aliquid
grave, & de quo iurans non cogitavit, nec de-
bit verisimiliter cogitasse, cum hoc casu ser-
vari possit sine periculo anime d. cap. Si vero,
supra eod. Verum tamen si iurans enormem lesi-
onem hinc pateret, hac esset justa causa peten-
di relaxationem a iuramento, c. Abbas, sup. quod
met. caus. & c. Innocentius, §. Illicitum, ultra medium,
vers. Quisquis ergo, & cetera, 22. q. 4. & in hoc re-
sident gl.

5 Sed eam reprobat hic Doctores praesertim
Abbas num. 5. exillimantes hoc iuramentum
mero iure non obligare, nec esse opus relaxatio-
ne: & merito, quia in hoc casu, deest voluntas
se obligandi, quae est de ratione intrinseca iura-
menti.

menti. S. Bonavent. in 3. sent. dist. 29. quæst. 1. resp. 46. Ideo ut lex humana nil contrarium consenti iurantis adhuc statuerit, c. *Quintar alis*, infra eod. l. *Ultima*, c. de non numer. pecun. l. *ut. ff. Qui satis dar. cogat.* Nec verè quoad Deum iuramentum dici potest absque iurantis consensu, & mente. c. *Humana*, 22. q. 5. Covar. in c. *Quarta*, de pall. par. 1. §. 5. n. 1. vers. Hinc verò auctoritati, facit quod notat Joann. Andr. in c. *un. n. 26. de commodat.* ubi dicit renunciationem casum fortuitorum non validari iuramento ex defectu consensu: & eum sequitur

18 Abbas loco citato. Unde ex huiusmodi defectu iuramentum de parendo alicuius mandato non extenditur nisi ad rationabilia, & honesta, ut c. *final. §. 1. in 1. resp. supra de offic. Archid.* & arg. c. *Causam qua*, supra de elect. l. *Libertus*, ff. de oper. libertor. c. 2. supra de arbit. c. *Quintaravalia*, infra eodem, & post glol. 1. hic notat Holt. num. 1. in ver. Mandato. Joann. Andr. n. 11. Anchar. num. 5. & plerique alii: non enim intelligitur fieri quod lædit verecundiam, & æstimationem, l. *Pecunie*, & ibi not. ff. de alim. & alim. legat. l. *si filius*, ff. de conlit. insit. & plenè per Dyn. in regul. *Sciens*, de regul. iur. lib. 6.

19 Hinc deciditur quæstio Dominicalis 36. Barth. Brixien. inter tractat. comm. tom. 17. fol. 39. de Clerico, qui iuravit stare omni mandato Episcopi, qui tandem præcepit Clerico, ut Beneficium, de quo controversia erat, perpetuò renunciaret, neque super hoc appellaret: in qua quæstione Joann. Andr. hic num. 12. concludit Clericum posse appellare non obstanti tali præcepto, pro ut etiam concludit Brixien. quia beneficium juris non potuit ei Episcopus denegare, & iniquum fuit præceptum: ideoque iuramentum ad illud non extendebatur, cum de illo iurans verisimiliter non cogitasset: & sequuntur hic Butr. num. 18. Anchar. n. 5. vers. *Facit etiam ad quæstionem*, & Abb. eod. num.

20 Hinc etiam solvitur alia quæstio, ut iurans non petere reductionem ad arbitrium boni viri, si enormiter lædatur, non obstanti iuramento, possit illam petere, de quo per Dyn. in d. regul. *Sciens*, col. 2. vers. *Item videtur facere regula ad quæstionem*, de regul. iur. lib. 6. & per Barr.

21 in l. *Quidam*, n. 4. ff. de ver. obligat. Quod adeo verum est, ut si compromiserit in aliquem, ut possit etiam enormiter lædere, & compromissarius omnino irrationabiliter me enormiter lædat, possim petere reductionem ad arbitrium boni viri; quia verba quantumcumque lata reata ad arbitrium tertij profectantur sub quadam confidentia legalitatis, & bonitatis ejus, in quem compromittitur: unde si per oppositum postea comparitur, & fallatur confidentia, ad boni viri arbitrium sunt reducenda; ita notabiliter firmat Butr. hic num. 4. & post eum Imol. num. 1.

22 Hinc demum solvitur aliud dubium, ut quamvis iuramentum non obviet priori iuramento, tamen si adverteret solemnè promissioni antea factæ; non sit servandum; quia de hoc iurans non cogitavit, nec debuit verisimiliter cogitare, prout contra Innocentium irrefragabilibus fundamentis firmat hic Holt. num. 3. vers. *Quid si fiat præceptum*, cum quo transeunt DD. præsertim

Abb. num. 6. reprobanda distinctione Anton. de Butr. inter obligationes dandi, que obligant præcisè, & obligationes facti, quæ præcisè non obligant, sed ad interesse.

24 In glossa penultima QUERO qualiter iuramentum sit interpretandum.

Glossa arguit primò, ut sit interpretandum secundum intentionem iurantis, per c. *Humana aures*, 22. q. 5. deinde arguit contra, ut sit interpretandum secundum intentionem suscipientis, per cap. *Quæcumque arte*, ead. caus. & quæst. & non solvit, sed remittit ad ea, quæ notantur in c. *Ex litteris*, inf. de sponsal.

Sed Innoc. hic n. 1. & n. 2. vers. *Et hæc vera sum*, sic distinguit, videlicet, aut iuramentum præstat generaliter de parendo mandatis alicujus: & non extenditur nisi ad ea, de quibus cogitatum est, vel debuit merito cogitari, ut cap. *Quintaravalia*, infra eodem, & c. *Ex multiplici*, de decimis, c. *Audita*, de restit. sponsal. c. *Ne quis arbitretur*, 22. qu. 2. nam ista sunt paria

25 scire, & scire debere, ut Baldus inquit hic post casum, vers. *Dicit Innocentius*, per tex. in l. *Quod te*, ff. *si certum pet.* Aut iuramentum fuit præstitum specificè, & determinatè: & tunc in consilio animæ secundum intentionem iurantis recipit interpretationem, c. *Quanto*, & c. *Adnotam*, il secundo, infra eod. Sed in iudicio recipit interpretationem secundum jus, c. *Venientes*, infra eod. Quam distinctionem sequitur hic Holt. num. 4. & Abb. eod. n. vers. *Ex dicit Innocentius*, Barthol. Capoll. Veronen. in Rubr. *Digestorum de ver. signis*, in 7. q. 6. q. principalis, Jo. de Selva in tract. *de iurur. 2. par. q. 2.*

26 Sed ut adverte quia secundum membrum distinctionis Innocentij, quod iuramentum in foro animæ sit interpretandum juxta intentionem iurantis, non procedit ita generaliter, & indistinctè. Oblat enim textus in d. cap. *Quæcumque arte*, 22. q. 5. ubi patet iuramentum in foro conscientie intelligendum esse secundum intentionem ejus cui iuratur. Declara igitur dictum Innocentij, ut locum habeat in eo tantum casu, in quo iurans dolum non adhibet: & in his terminis intelligendus est textus in d. c. *Humana aures*. Secus verò si juret arrifiosè, & cum dolo, ut audientem fallat, quia tunc iuramentum in foro animæ interpretandum est juxta sanam intelligentiam suscipientis; & de hoc doloso iuramento loquitur Ildorus in d. c. *Quæcumque arte*. Ita in effectu distinguit Gratianus post c. *Qui peccat*, 5. *Ex his omnibus*, 22. q. 5. & clarè d. Thom. in 2. 2. q. 89. art. 7. ad 4. Turrec. post c. *Hoedi*, dicitur, §. *Quæritur*, ead. caus. & quæst. & alii, quos retuli in c. *Falsidicus*, n. 76. & ff. *de crimini falsi*, ubi etiam latissimè examinavi an sit mortale peccatum jurare falsum subaudiendo aliquid in mente, quod reddat sensum verum à n. 20. usque ad n. 145. maximè à n. 87. & n. 156. usque in fin. & an in iuramento ut liceat verbis amphibologicis, seu æquivocis tam in iuramento, quam extra illud à n. 145. usque ad n. 156. Illuc recurte.

DE PRÆSCRIPTIO- nibus.

Cap. Auditis.

SUMMARIUM.

1 Prælati inferior potest præscribere in certis Ecclesiis tantum ius Episcopale. Subdicitur tamen de præscriptione tempus, quo vacavit Ecclesia Cathedralis. Hoc dicit secundum Abbatem Siculum, qui redarguit Joannem Andr. quod perperam summaverit. Vel plenus secundum Cardinal. Inferior præscribit iura Episcopalia: & si contra præscribentem plura iura Episcopalia sit interruptio in aliquibus, in alijs sit plenè præscriptio, & de præscriptione subdicitur tempus vacantis Ecclesiæ, contra quam præscribitur, Baldus comprehendendo singula dicta Decretalis sic notabiliter summat. De præscriptione detrahitur temporis intervallum, quo Ecclesiæ vacasse probatur, privilegium obcurum non valet interruptio prodest in capitulis interruptis, non in alijs; & ita demum si præscriptio prius completa non sit, potest quis secundum qualitatem probationis in uno Capitulo succumbere, in alio obtinere: nec utile Capitulum per inutile vitatur: & qui in uno Capitulo calumniatur non perdit ius in alio, in quo calumnia non probatur. Dividitur in tres partes. Primò ponit processum, & conclusionem negotij. Secundò indecisè narrat restitutionem ab utraque parte petitam, & concessam, ut patet in cap. *Auditis*, supra de restit. in integr. Tertio committit probationes recipiendas super restitutione, & causam diffiniendam, Secunda ibi, *Verum*. Tertia ibi, *Quo circa*.

Nota secundum Anton. de Butr. nu. 3. & Joann. de Imol. num. 2. Ecclesiam eximi posse per præscriptionem à potestate Episcopi, dummodo alius subjectionem præscribat; secus si Rector Ecclesiæ vellet simpliciter præscribere libertatem, quia hoc non licet, c. *Cum non liceat*, supra eodem.

2 QUERO, An ius instituendi, cum tam Episcopus, quam inferior instituerunt (patio 40. annorum, censetur cumulativè præscriptum; an verò institutiones ejus, qui ius instituendi habet, interromperint præscriptionem alterius.

Cum ab aliquot temporibus in S. Congregatione Concilij actum esset, An Præpositus Buxeti diocesis Burgi S. Domini competeret ius instituendi ad Canonicatus, & Ecclesias sibi subiectas in vim privilegij Eugenij IV. S. Congregatio diligenter examinata, censuit eidem competere ius huiusmodi, ad Canonicatus, & Ecclesias in litteris Eugenij designatas: quia etiam ex dispositione juris communis in beneficiis ius patronatus, qualia sunt hæc, de quibus agitur, ius instituendi ad Prælatum Ecclesiæ inferioris non spectet, sed ad Episcopum, ut apud Caslad. dec. 22. num. 3. vers. *Et in patronali præsentatione*, tit. de præben. Et per litteras Eugenij non esset Præposito attributa huiusmodi facultas; favebat tamen ipsi antiquissima quasi possessio instituendi; constabat enim eum instituisse ab anno 1506. usque ad annum 1601. Atque ita S. Congregatio existimavit ius instituendi fuisse illi acquisitum præscriptione juxta doctrinam Cardinalis, in Clemen. 1. sub num. 11. col. 9. in fin. de supplen. neglig. Prælat. Gemini. in cap. 1. num. 6. 21. dist. Abb. post alios hic sal. num. 6. vers. *Ex quo not.* & Caslad. loco cit. Verum cum Præpositus ab anno 1506. usque ad annum 1558. per lapsum annorum quadraginta complevisset præscriptionem,

nem, nec Episcopus intra illud tempus ullam, quod constaret, institutionem fecisset, quo casu gravissimi Auctores existimant jus instituendi inferiori competere in privationem, & exclusionem Episcopi: & valde anceps fuit S. Congregatio. Ultra opinio in hac Decretali esset verior, an Abbatis censentis id jus cumulativè prescribi quando uterque utitur jure instituendi: an Parisi probantis contra Prælatum, qui instituendi jus habet, non posse alium cumulativè prescribere, eo quod si idem Prælatum aliquando instituat, ex his actibus institutionem interrumpitur alterius prescriptio nondum completa; ideoque de hujusmodi articulo maturius censuit delibendum. Itaque tum temporis S. Congregatio habuit pro Constanti Præposito competere facultatem instituendi quæsitam per prescriptionem, & dubitavit tantum, an competeret cumulativè cum Episcopo, qui post prescriptionem Præpositi completum instituerat una cum Præposito per spatium quadraginta annorum; an verò privativè quoad ipsum; atque ita tunc certum erat Præposito competere jus instituendi, incertum an competeret Episcopo. Sed in præsentia per contrarium res erit dissimulanda; quia certum est Episcopo competere jus instituendi, incertum an competat Præposito: nam Episcopus exhibet institutiones quadraginta ab anno 1495. priusquam Præpositus complevisset prescriptionem instituendi, usque ad annum 1613. Unde Episcopo competet instituendi facultas ob assentientiam juris communis, & continuatam quasi possessionem instituendi, cui Præpositus non potuit prejudicium inferre, tum quia nondum fuerat illi acquisitum jus per prescriptionem, tum quia actus illius nequaquam potuerunt interrumpere, aut imminuere jus Episcopi certum, & radicatum, ut probat textus hic in vers. *Si autem*. & in l. *Nemo alieno*, §. *Temporaria*, junctâ gloss. ff. *de reg. jur.* ubi patet prescriptionem, vel consuetudinem non completam non interrumpi, nec tolli ex eo quod semel, aut bis fiat contrarium, sed requiri contrariam prescriptionem, vel consuetudinem. Quod tenet hic Abb. in ult. not. num. 10. post Specular. hoc tit. §. 1. vers. *Quod si post completum*, & Joann. Andr. in cap. *fin. de consuet.* Et quamvis Præpositus exhibeat institutiones supra centum annos; tamen quia hoc spatium Episcopus quoque instituit, est dubium an institutiones Episcopi interrumpant prescriptionem Præpositi.

Quæstio igitur est, utrum cum tam Episcopus, quam inferior Prælatum instituerint spatium quadraginta annorum, inferior censetur prescriptivè cumulativè cum Episcopo, quæ est opinio Abbatis hîc. An verò nullo modo prescripserit, eo quod illius prescriptio interrupta fuerit per institutiones Episcopi, quæ est opinio Parisi.

Reperio antiquos, & graviore Canonistas hic probare hanc secundam opinionem: nam Innoc. suo num. 4. vers. *Potes etiam*, & num. 5. vers. *Item si interruptio*, si Abbas, inquit, incipit prescribere contra Episcopum jura Episcopalia, sit interruptio, si Episcopus saltem una vice eisdem iuribus utatur ante completam prescriptionem Abbatis. Atque hoc idem sentit Host. col. pen. n. 2. in fin. vers. *Potes etiam dicere*, & n. 2. vers. *Fit etiam*. Joann. Andr. col. 2. n. 5.

vers. *Et fit etiam in his specialibus interruptio*. Butr. n. 10. vers. *Oppono quoad dato*, & sub num. 11. vers. *Fit etiam*. Anchar. sub n. 8. in §. *oppositi*. Joann. de Anan. n. 9. & Cravet. conf. 134. Scripsi alias num. 19.

4. Quorum sententia videtur etiam infrascriptis rationibus probari: nam cum duo sint in quali possessione alicujus actus, & uterque illum probat æqualis temporis, sed unus probat verum titulum, & alter non; tunc verum titulum ostendens, obtinet. Barr. in l. *Si duo*, in princ. n. 4. vers. *Sed si uterque*, ff. *uti possid.* Bald. in l. *Accusare*, circa fin. C. de eden. & alii omnes, ut latius apud Menoch. de retinend. remed. 3. n. 733. vers. *Decimus est casus*, sed tam Episcopo, quam Præposito est in quasi possessione instituendi, & uterque illum probat æqualis temporis, sed Episcopus habet verum titulum à jure communi in Ecclesijs omnibus fuz dicecelsi ex c. *Cum ex instantia*, de heret. Præpositus verò titulum infectum ab executeore Apostolico, qui id jus instituendi reservavit præter fines delegationis. Ergo Episcopus obtinere debet.

5. Deinde hanc opinionem videtur probare efficaciter hæc Decretalis in vers. *Si autem exceptionem*, ubi Episcopus interruptit prescriptionem exemptionis Abbatis per solum exercitium quorundam actuum jurisdictionalium, nempe suspensionis, interdicii, & aliorum similium; hi enim actus censentur facti ab Episcopo, ut probat littera in vers. *Vos super his us Episcopale ad iudicetis eadem*. Quod autem præter exercitium Episcopi etiam actus prohibitorum intercesserit, ut Abb. interpretatur, vel est divinare, vel redargere pontificem, quod dimittit locutus fuerit, ut hic perpendit Paris. vers. *Pro opinione tamen*.

Neque obstat quod per exercitium Episcopi interrumpatur quasi possessio præpositi ad effectum ne ipsi queratur jus instituendi privativè, non autem ad effectum ne queratur cumulativè. Quia ut respondet Paris. in hoc text. circa interruptionem non potest considerari acquisitio cumulativa, sed privativa tantum; quia in articulis interruptis totum jus fuit adjudicatum Episcopo; atque ita impositum silentium inferiori Prælato.

6. Verum his non obstantibus videtur respondendum præpositum prescriptivè jus instituendi cumulativè cum Episcopo. Quod ut evidenter appareat, recitanda sunt verba Alex. de Nevo hic qui clarius quam cæteri exposuit glossam Innoc. ac sensum hujus textus: & sub n. 25. in hac materia constituit tres conclusiones. prima inquit, sit conclusio. Si solus prescribens fuit usus jurisdictione, Episcopus autem infratempus prescriptionis nullum actum jurisdictionis exercuit, videtur prescripta jurisdictione excluso Episcopo, ut sentit Innoc. in c. *Cum olim*, de 7. restit. spoliat. Et hic non est casus noster, quia Episcopus in hac specie sæpius instituit ante completam prescriptionem præpositi. Secunda conclusio, inquit, si appareat ex titulo prescribentis, quod prescribat jurisdictionem excluso Episcopo; per solum exercitium jurisdictionis factum ab Episcopo interrumpitur prescriptio, etiam si non prohibeat prescribentem usi jurisdictione. Casum dicit esse in hac Decretali:

&

& sufficere unicum actum secundum Innoc. cum quo aliter sentit. Et hic fortiter non est casus noster, quia Præpositus noluit unquam prescribere excluso Episcopo, sed simul cum eo tanquam jurisdictionem habens cumulativam ex privilegio Eugenii IV. ut inferius dicitur, Tertia conclusio, subdit ibi Alex. de Nevo, si extitit, vel alio modo appareat prescribentem prescribere excluso Episcopo, jurisdictionis nulus Episcopi non interrumpit prescriptionem, quia intelligit prescribere cumulativè, & non exclusivè. Et hic propriè est casus, de quo agitur, quia Præpositus ex privilegio Apostolico habet cum Episcopo jurisdictionem cumulativam, ut jam censuit S. Congregatio re diligenter examinata, ac propterea non instituit ut Episcopum excluderet, sed de jure fuz uteretur, credens id sibi licere ob facultatem sibi attributam ab executeore litterarum Apostolicarum, quæ sibi iustam causam præbuit cumulativè prescribendi, c. *Cum dilectus*: & ibi Butr. de consuet. quæ ratione interdum etiam constituit tanquam Vicarius Episcopi existimans hanc potestatem ad utrumque simul pertinere.

Itaque nec tex. hic nec doctrina Innocent. & aliorum quicquam obstat Præposito, quominus cumulativè prescripserit, quia procedunt quando inferior intendebat prescribere in privatione Episcopi. Hunc eundem intellectum ad hanc Decretalem posuerunt, licet sub obsecutus Ant. de Butr. col. 3. vers. *Dic ergo*, quod in dubio, & Joann. de Imol. prope fin. ubi probant ideo hic per exercitium Episcopi interrumpi prescriptionem Abbatis, quia Abbas noluit creare novum jus, id est cumulare jurisdictionem jurisdictioni, sed tantum uti jurisdictione eo respectu, quo Episcopus utebatur, ut sic Ecclesia eximeretur ab Episcopo, & sibi subiceretur; idque patere, quia dicebat Ecclesiam sibi pleno jure subjectam, & proliis exemptam à jurisdictione Episcopi. Idem apertius docuit hic Aegid. Ballam. num. 2. ubi ait ita demum per solum exercitium Episcopi interrumpi prescriptionem inferioris, si inferior prescribat per modum exclusionis Episcopi alius fecus. Et infra sub num. 30. vers. *Quod dixi*, hunc, ait esse intellectum glossæ Innoc. quia ibi hic agebat Abbas per modum exclusionis Episcopi cum diceret Ecclesiam à jurisdictione Episcopi proliis exemptas; ac propterea illo excluso prescribere non potuit; quia cum Episcopus per unicum actum jus, ac possessionem suam conferaverit; necessario etiam impedivit quominus inferior privativè prescriberet. Non enim poterat procedere prescriptio exclusiva illius, qui priusquam inferior prescriptionem complevisset, eisdem actus aliquando exercuerat. Prescriptioni autem cumulativæ non potuit esse locus, quia defuit animus prescribendi, à quo prescriptio qualificatur, l. *fin. ff. Quædam modum servi. amitt.* l. *ultim. ff. de rem. adque privat.* & notat hic Bellam. num. 32. vers. *Ad secundam questionem*. Quod tacitè etiam sententur hic Anchar. n. 6. & Joann. de Anan. num. 9. volentes interrumpi prescriptionem Abbatis per solum exercitium Episcopi, si Abbas plenè probaverit se jus Episcopale exercuisse, id est voluisse prescribere plenam jurisdictionem, excluso Episcopo.

12. Consultit pro eadem opinione Bald. conf. 439. num. 11. vers. *De quinta questione princ.* vol. 3. ubi sic distinguit; Aut quis prescribit tanquam sub alio, aut tanquam super aut tanquam secus ab alio; & primo casu, in quo propriè versatur Præpositus, dicit prescriptionem esse cumulativam, & num. 12. (Si Plebanus, inquit, in suo plebanatu prescripserit institutionem, Episcopus nullo modo se intromittere debet, quod est verum si habuit possessionem per exclusionem Episcopi) Et infra (Licet Plebanus habeat pro se consuetudinem, non tamen Episcopus est factus exul à jure communi; & sic ille, cui præsentantur Patroni, instituet, quia est cumulativa potestas, & non absoluta) Hæc Baldus, quia amplius testatur sic præcitari Florentiz inter Archiepiscopum, & Plebanos. Præter auctores supra relatos allegatur etiam pro Præposito Abb. hic Bald. de prescrip. 3. par. 6. par. princ. in 4. quæst. vers. *Et primo quæro*: & Couarr. in cap. *Alma mater*, in l. par. rel. §. 12. sub. n. 3. qui simpliciter censet prescriptionem esse cumulativam quando Episcopus quoque exercuit.

Quamobrem ex his patet hanc magis communiter approbari quando inferior intendit solum cumulativè prescribere, ut hoc casu, & ut est communior, validioribus etiam rationibus fulcitur; nam hic modus interruptionis per solum exercitium Episcopi absque prohibitione non numeratur inter alios modos interrumpendi prescriptionem, nec Bart. in l. *Naturæ iter*, ff. *de usuc.* de eo mentionem fecit dum recensit dicta Innoc. hic, ut animadvertit Abbas, ne habenda est ratio Parisi dicentis ex hoc textu induci hunc modum interruptionis; quia supra ostendimus hunc textum non habere locum in eo, qui intendit tantum cumulativè prescribere.

Præsertim verò quia si esset vera opinio Parisi, nunquam daretur prescriptio cumulativa, ut Abb. perpendit, cuius tamen contrarium voluerunt gloss. & Doct. in cap. *Fastoralis*, de offic. Ord. Nec tollit obicem responso Parisi, quod dari poterit huiusmodi prescriptio in duobus Prælati, quorum neuter habeat verum titulum juxta terminos l. *Si duo*, ff. *uti possid.* Quin imò D. D. admittunt prescriptionem cumulativam etiam in Prælato inferiore contra Episcopum, qui verum habet titulum à jure communi, ut ibi per gloss. & Felin. in 2. loni.

13. Quibus accedit, quod in his, quæ possunt esse penes plures in solidum, ut est jurisdictione, quæ potest esse penes Episcopum, Archiepiscopum, & Archiepiscopum, cap. 1. §. 2. & cap. *final.* de offic. Archid. & cap. *fin. de offic. Archiepiscopati*, possessio unius non interrumpit possessionem alterius, quia unusquisque actus facit, ut suo jure utatur non ut possessionem alterius interrumpat. Ita Aegid. hic num. 31. & probat totus ferè tit. de offic. Archid. nam illa maiori parte spectant ad Archiepiscopum ex consuetudine, ut in cap. *fin. cod. tit.* secundum Abb. loco citat.

14. Et Bellam. in cap. *De quarta*, num. 52. vers. *Si verò sum in possessione*, supra cod. ait in diverso jure possidentibus actus unius, possessionem alterius non interrumpere; puta si unus possideat jure ordinario, alter ex privilegio, vel consuetudine ut hoc casu. Ratio est, quia unusquisque intendit jus suum exercere, non jus alterius præripere.